9. Παροικοῦσι δὲ τούτοις οἱ Ῥιζοφάγοι καὶ Ἕλειοι προσαγορευόμενοι διὰ τὸ ἐκ τοῦ παρακειμένου ῥιζοτομοῦντας ἕλους κόπτειν λίθοις καὶ ἀναπλάσσειν μάζας, ἡλιάσαντες δὲ σιτεῖσθαι· λεοντόβατα δ' ἐστὶ τὰ χωρία· ταῖς θ' ὑπὸ κυνὸς ἐπιτολὴν ἡμέραις ὑπὸ κωνώπων μεγάλων ἐξελαύνεται τὰ θηρία ἐκ τῶν τόπων. εἰσὶ δὲ καὶ Σπερμοφάγοι πλησίον, οἳ τῶν σπερμάτων ἐπιλιπόντων ὑπὸ τῶν ἀκροδρύων τρέφονται, σκευάζοντες παραπλησίως, ὥσπερ τὰς ῥίζας οἱ Ῥιζοφάγοι. μετὰ δὲ τὴν Ἐλαίαν αἱ Δημητρίου σκοπιαὶ καὶ βωμοὶ Κόνωνος· ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ καλάμων Ἰνδικῶν φύεται πλῆθος· καλεῖται δὲ ἡ χώρα Κορακίου· ἦν δέ τις ἐν βάθει Ἐνδέρα, γυμνητῶν ἀνθρώπων κατοικία, τόξοις χρωμένων καλαμίνοις καὶ πεπυρακτωμένοις οἰστοῖς· ἀπὸ δένδρων δὲ τοξεύουσι τὰ θηρία τὸ πλέον, ἔστι δ' ὅτε καὶ ἀπὸ γῆς· πολὺ δ' ἐστὶ παρ' αὐτοῖς πλῆθος τῶν ἀγρίων βοῶν· ἀπὸ δὲ τῆς τούτων καὶ τῶν ἄλλων θηρίων κρεοφαγίας ζῶσιν, ἐπὰν δὲ μηδὲν θηρεύσωσι, τὰ ξηρὰ δέρματα ἐπ' ἀνθρακιᾶς ὀπτῶντες ἀρκοῦνται τῇ τοιαύτῃ τροφῇ. ἔθος δ' ἐστὶν αὐτοῖς ἀγῶνα τοξείας προτιθέναι τοῖς ἀνήβοις παισί. μετὰ δὲ τοὺς Κόνωνος βωμοὺς ὁ Μήλινος λιμήν· ὑπέρκειται δ' αὐτοῦ φρούριον Κοράου καλούμενον καὶ κυνήγιον τοῦ Κοράου καὶ ἄλλο φρούριον καὶ κυνήγια πλείω· εἶτα ὁ Ἀντιφίλου λιμὴν καὶ οἱ ὑπὲρ τούτου Κρεοφάγοι, κολοβοὶ τὰς βαλάνους καὶ αἱ γυναῖκες Ἰουδαϊκῶς ἐκτετμημέναι.

10. Ἔτι δ' ὑπὲρ τούτων ὡς πρὸς μεσημβρίαν οἱ Κυναμολγοί, ὑπὸ δὲ τῶν ἐντοπίων Ἄγριοι καλούμενοι, κατάκομοι, καταπώγωνες, κύνας ἐκτρέφοντες εὐμεγέθεις, οἷς θηρεύουσι τοὺς ἐπερχομένους ἐκ τῆς πλησιοχώρου βόας Ἰνδικούς, εἴθ' ὑπὸ θηρίων ἐξελαυνομένους εἴτε σπάνει νομῆς· ἡ δ' ἔφοδος αὐτῶν ἀπὸ θερινῶν τροπῶν μέχρι μέσου χειμῶνος. Τῷ δ' Ἀντιφίλου λιμένι ἑξῆς ἐστι λιμὴν καλούμενος Κολοβῶν ἄλσος καὶ

rum amicitiam sibi conciliavit, qui eum arcere studebant.

8. Intra hoc spatium effluit in mare pars quædam avulsa a flumine Astabora, qui ex lacu ortum habens partem eo emittit, majore influens in Nilum; postea sunt insulæ sex, Latomiæ appellatæ; hinc est os, quod Sabaiticum dicitur, et in mediterraneo castellum est, a Tosucho (τὸ Σούχου codd.) conditum; postea portus nomine Elæa et Stratonis insula; tum portus Saba, et elephantum venatio cognominis. Regio interior ibi Tenessis dicitur; eam Ægyptii tenent qui a Psammiticho deficientes huc confugerunt; appellantur Sembritæ (Sebritæ *codd.*), id est advenæ; reginam habent, sub qua est etiam Meroe, vicina his locis in Nilo insula, ultra quam est alia insula in flumine non admodum longe dissita, quam iidem exsules inhabitant. A Meroe ad hoc mare est iter dierum quindecim homini expedito. Circa Meroen etiam Astaboras et Astapas nec non Astasobas in Nilum influunt.

9. Hæc flumina Rhizophagi accolunt, qui et Helei (sive Palustres) vocantur, propterea quod ex adjacente palude evulsis radicibus et lapide contusis, massulas conficiunt, et ad solem coctis vescuntur. Hæc loca leones alunt, qui sub canis exortum a maximis culicibus hinc expelluntur. Sunt etiam Spermatophagi (sive Seminivori) non procul, qui, deficientibus seminibus, glandibus nutriuntur, eas conficientes, quemadmodum Rhizophagi radices. Post Elæam sunt Demetrii speculæ et Cononis aræ; in mediterraneis vero maxima Indicarum arundinum multitudo nascitur; ea Coracii regio appellatur. Fuit etiam Endera quædam interius Gymnetarum (sic a nuditate vel exercitatione dictorum) hominum domicilium, qui arcu et arundineis sagittis præustis utuntur. Hi plerumque feras de arboribus sagittant, interdum etiam a terra. Summa est apud eos silvestrium boum multitudo, quorum et aliarum ferarum carnibus vitam sustentant. Ubi nihil capiunt, sicca coria prunis assantes, tali cibo uti satis habent. Mos est apud eos sagittandi certamen impubibus proponere. Post Cononis aras est portus Melinus, et supra eum castellum Corai dictum, et venationes complures; deinceps Antiphili portus, supra quem sunt Creophagi, glandes mutili, et mulieres eorum Judaice excisæ.

10. Porro supra hos versus meridiem sunt Cynamolgi sive Canimulgi, qui ab indigenis Agrii seu Feri appellantur, comati et barbati; hi canes maximos alunt, quibus Indicos boves venantur, e vicina regione venientes sive a feris pulsos, sive pascuorum inopia, idque ab æstivo solstitio usque ad mediam hiemem. Post Antiphili portum deinceps est alius portus, nomine Mutilorum lucus, et urbs Bere-

Βερενίκη πόλις ἡ κατὰ Σαβὰς καὶ Σαβαί, πόλις εὐμεγέθης· εἶτα τὸ τοῦ Εὐμένους ἄλσος. ὑπέρκειται δὲ πόλις Δάραβα καὶ κυνήγιον ἐλεφάντων τὸ πρὸς τῷ φρέατι καλούμενον· κατοικοῦσι δ' Ἐλεφαντοφάγοι, τὴν θήραν ποιούμενοι τοιαύτην· ἀπὸ τῶν δένδρων ἰδόντες ἀγέλην διὰ τοῦ δρυμοῦ φερομένην, τῇ μὲν οὐκ ἐπιτίθενται, τοὺς δ' ἀποπλανηθέντας ἐκ τῶν ὄπισθεν λάθρα προσιόντες νευροκοποῦσι· τινὲς δὲ καὶ τοξεύμασιν ἀναιροῦσιν αὐτοὺς χολῇ βεβαμμένοις ὄφεων· ἡ δὲ τοξεία διὰ τριῶν ἀνδρῶν συντελεῖται, τῶν μὲν κατεχόντων τὸ τόξον καὶ προβεβηκότων τοῖς ποσί, τοῦ δ' ἕλκοντος τὴν νευράν· ἄλλοι δὲ σημειωσάμενοι τὰ δένδρα, οἷς εἰώθασι προσαναπαύεσθαι, προσιόντες ἐκ θατέρου μέρους τὸ στέλεχος ὑποκόπτουσιν· ἐπὰν οὖν προσιὸν τὸ θηρίον ἀποκλίνῃ πρὸς αὐτό, πεσόντος τοῦ δένδρου πίπτει καὶ αὐτό, ἀναστῆναι δὲ μὴ δυναμένου διὰ τὸ τὰ σκέλη διηνεκὲς ὀστοῦν ἔχειν καὶ ἀκαμπές, καταπηδήσαντες ἀπὸ τῶν δένδρων ἀνατέμνουσιν αὐτό· τοὺς δὲ κυνηγοὺς οἱ Νομάδες ἀκαθάρτους καλοῦσιν.

11. Ὑπέρκειται δὲ τούτων ἔθνος οὐ μέγα Στρουθοφάγων, παρ' οἷς ὄρνεις εἰσὶ μέγεθος ἐλάφων ἔχοντες, πετᾶσθαι μὲν οὐ δυνάμενοι, θέοντες δὲ ὀξέως, καθάπερ οἱ στρουθοκάμηλοι· θηρεύουσι δ' αὐτοὺς οἱ μὲν τόξοις, οἱ δὲ ταῖς δοραῖς τῶν στρουθῶν σκεπασθέντες τὴν μὲν δεξιὰν καλύπτουσι τῷ τραχηλιμαίῳ μέρει καὶ κινοῦσιν οὕτως, ὥσπερ τὰ ζῷα κινεῖται τοῖς τραχήλοις, τῇ δὲ ἀριστερᾷ σπέρμα προχέουσιν ἀπὸ πήρας παρηρτημένης, καὶ τούτῳ δελεάσαντες τὰ ζῷα εἰς φάραγγας συνωθοῦσιν· ἐνταῦθα δ' ἐφεστῶτες ξυλοκόποι κατακόπτουσι· καὶ ἀμπέχονται δὲ καὶ ὑποστόρνυνται τὰ δέρματα ταῦτα· πολεμοῦσι δὲ τούτοις οἱ Σιμοὶ καλούμενοι Αἰθίοπες, *κέρασιν ὀρύγων ὅπλοις χρώμενοι.*

12. Πλησιόχωροι δὲ τούτοις εἰσὶ μελανώτεροί τε τῶν ἄλλων καὶ βραχύτεροι καὶ βραχυβιώτατοι Ἀκριδοφάγοι· τὰ γὰρ τετταράκοντα ἔτη σπανίως ὑπερτιθέασιν, ἀποθηριουμένης αὐτῶν τῆς σαρκός· ζῶσι δ' ἀπὸ ἀκρίδων, ἃς οἱ ἐαρινοὶ λίβες καὶ ζέφυροι, πνέοντες μεγάλοι, συνελαύνουσιν εἰς τοὺς τόπους τούτους· ἐν ταῖς χαράδραις δὲ ἐμβαλόντες ὕλην καπνώδη καὶ ὑφάψαντες μικρὸν.........· ὑπερπετάμεναι γὰρ τὸν καπνὸν σκοτοῦνται καὶ πίπτουσι· συγκόψαντες δ' αὐτὰς μεθ' ἁλμυρίδος μάζας ποιοῦνται καὶ χρῶνται. τούτων δ' ἔρημος ὑπέρκειται μεγάλη, νομὰς δαψιλεῖς ἔχουσα, ἐκλειφθεῖσα δ' ὑπὸ πλήθους σκορπίων καὶ φαλαγγίων τῶν τετραγνάθων καλουμένων, ἐπιπολάσαντός ποτε καὶ ἀπεργασαμένου τοῖς ἀνθρώποις φυγὴν παντελῆ.

13. Μετὰ δὲ Εὐμένους λιμένα μέχρι Δειρῆς καὶ τῶν κατὰ τὰς ἓξ νήσους στενῶν Ἰχθυοφάγοι καὶ Κρεοφάγοι κατοικοῦσι καὶ Κολοβοὶ μέχρι τῆς μεσογαίας. εἰσὶ δὲ καὶ θῆραι πλείους ἐλεφάντων καὶ πόλεις ἄσημοι καὶ νησία πρὸ τῆς παραλίας· νομάδες δ' οἱ πλείους, ὀλίγοι δ' οἱ γεωργοῦντες· παρά τισι δὲ τούτων φύεται στύραξ οὐκ ὀλίγος. συνάγουσι δὲ ταῖς ἀμπώτισιν οἱ Ἰχθυοφάγοι τοὺς ἰχθῦς· ἐπιρρίψαντες δὲ ταῖς πέτραις κα-

nice ad Sabas, et Sabæ, urbs maxima; inde Eumenis lucus. Superjacet urbs Daraba et elephantorum venatio, quæ ad puteum nominatur; eam Elephantophagi habitant, hujusmodi venationem exercentes. Elephantorum gregem per silvam vagantem ex arbore aliqua cernentes, ipsum gregem nequaquam adoriuntur, sed eorum, qui vagantur extra armenta, clam a tergo accedentes, nervos incidunt; nonnulli eos sagittis interficiunt, serpentum felle tinctis. Sagittatio autem per homines tres perficitur, quorum duo arcum tenent, et pedibus præpositis nituntur, tertius vero nervum trahit. Nonnulli arbores notant, quibus elephanti acclinati quiescere solent. Accedentes itaque, ex altera parte truncum succidunt; in quem ubi se bestia reclinat, pariter cum arbore ruit; quumque surgere nequeat, propterea quod crura continuum et carens flexu os habeant, ex arboribus desilientes illam obtruncant. Venatores a Nomadibus immundi vocantur.

11. Supra hos sunt Struthophagi, gens non admodum magna, apud quos aves dicuntur esse cervorum magnitudine, quæ volare non possunt, sed celeriter currunt, quemadmodum Struthocameli. Nonnulli eas arcu venantur, nonnulli pellibus struthorum tecti; hi dextram manum pelle colli operiunt, atque eam sic movent, quemadmodum animalia collum movere solent, sinistra vero semen spargunt ex appensa pera eductum, eoque allectas aves in convalles detrudunt, ubi viri animal circumsistentes baculis conficiunt. Harum avium pellibus utuntur pro amictu et veste stragula. Cum iis Æthiopes, qui Simi vocantur, bellum gerunt, orygum cornibus pro armis utentes.

12. His finitimi [*Acridophagi*] ceteris et nigriores sunt et minores et vitæ brevioris; raro enim quadragesimum superant annum, quando carnes eorum bestiolarum multitudine corrumpuntur. Vivunt ex locustis, quas verni Africi et Favonii vehementius flantes in ea loca compellunt. Ipsi autem fumosam materiem in convallibus injicientes et succendentes, *locustas facile capiunt:* illæ enim supervolantes, fumo tenebras offundente, decidunt, venatores autem contundunt eas et admixto sale ex eis massulas conficiunt, quibus utuntur. Ultra hos est regio deserta, quæ pascua larga habet, ob scorpionum multitudinem derelicta et phalangiorum, quæ tetragnathi sive quadrimala appellantur. Horum animalium tanta aliquando copia exsuperavit, ut homines prorsus expellerentur.

13. Post Eumenis portum usque ad Diram et sex insularum angustias Ichthyophagi Creophagique habitant, et qui Mutili appellantur, usque in mediterraneam. Sunt etiam complures elephantum venationes et urbes ignobiles et parvæ insulæ ante maritimam oram; pastores magna ex parte inhabitant, agricolæ pauci; apud quosdam eorum styrax nascitur sat multus. Ichthyophagi mari decurrente pisces colligunt, eosque in petras jacientes, ad

τοπτῶσι πρὸς τὸν ἥλιον, εἶτ' ἐξοπτήσαντες τὰς ἀκάνθας μὲν σωρεύουσι, τὴν δὲ σάρκα πατήσαντες μάζας ποιοῦνται, πάλιν δὲ ταύτας ἡλιάζοντες σιτοῦνται· χειμῶνος δ' ἀδυνατήσαντες συνάγειν τοὺς ἰχθῦς, τὰς σεσωρευμένας ἀκάνθας κόψαντες μάζας ἀναπλάττονται καὶ χρῶνται, τὰς δὲ νεαρὰς ἐκμυζῶσιν· ἔνιοι δὲ τὰς κόγχας ἐχούσας τὴν σάρκα σιτεύουσι, καταβάλλοντες εἰς χαράδρια καὶ συστάδας θαλάττης, εἶτ' ἰχθύδια παραρριπτοῦντες τροφὴν, αὐταῖς χρῶνται ἐν τῇ τῶν ἰχθύων σπάνει· ἔστι δ' αὐτοῖς καὶ ἰχθυοτροφεῖα παντοῖα, ἀφ' ὧν ταμιεύονται. ἔνιοι δὲ τῶν τὴν ἄνυδρον παραλίαν οἰκούντων διὰ πέντε ἡμερῶν ἐπὶ τὰ ὑδρεῖα ἀναβαίνουσι πανοικὶ μετὰ παιανισμοῦ, ῥιφέντες δὲ πρηνεῖς πίνουσι βοῶν δίκην ἕως ἐκτυμπανώσεως τῆς γαστρός, εἶτ' ἀπίασιν ἐπὶ θάλατταν πάλιν· οἰκοῦσι δ' ἐν σπηλαίοις ἢ μάνδραις στεγασταῖς ἀπὸ δοκῶν μὲν καὶ στρωτήρων τῶν κητείων ὀστέων καὶ ἀκανθῶν, φυλλάδος δ' ἐλαΐνης.

14. Οἱ δὲ Χελωνοφάγοι τοῖς ὀστράκοις αὐτῶν σκεπάζονται μεγάλοις οὖσιν, ὥστε καὶ πλεῖσθαι ἐν αὐτοῖς· ἔνιοι δὲ τοῦ φύκους ἀποβεβλημένου πολλοῦ καὶ θῖνας ὑψηλὰς καὶ λοφώδεις ποιοῦντος, ὑπορύττοντες ταύτας ὑποικοῦσι· τοὺς δὲ νεκροὺς ῥίπτουσι τροφὴν τοῖς ἰχθύσιν, ἀναλαμβανομένους ὑπὸ τῶν πλημμυρίδων. τῶν δὲ νήσων τινὲς τρεῖς ἐφεξῆς κεῖνται, ἡ μὲν Χελωνῶν, ἡ δὲ Φωκῶν, ἡ δ' Ἱεράκων λεγομένη· πᾶσα δ' ἡ παραλία φοίνικάς τε ἔχει καὶ ἐλαιῶνας καὶ δαφνῶνας, οὐχ ἡ ἐντὸς τῶν στενῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς ἐκτὸς πολλή. ἔστι δέ τις καὶ Φιλίππου νῆσος, καθ' ἣν ὑπέρκειται τὸ Πυθαγγέλου καλούμενον τῶν ἐλεφάντων κυνήγιον· εἶτ' Ἀρσινόη πόλις καὶ λιμήν, καὶ μετὰ ταῦτα ἡ Δειρή· καὶ τούτων ὑπέρκειται θήρα τῶν ἐλεφάντων. ἀπὸ δὲ τῆς Δειρῆς ἡ ἐφεξῆς ἐστιν ἀρωματοφόρος, πρώτη μὲν ἡ τὴν σμύρναν φέρουσα, καὶ αὕτη μὲν Ἰχθυοφάγων καὶ Κρεοφάγων· φύει δὲ καὶ περσέαν καὶ συκάμινον Αἰγύπτιον· ὑπέρκειται δὲ ἡ Λίχα θήρα τῶν ἐλεφάντων· πολλαχοῦ δ' εἰσὶ συστάδες τῶν ὀμβρίων ὑδάτων, ὧν ἀναξηρανθεισῶν οἱ ἐλέφαντες ταῖς προβοσκίσι καὶ τοῖς ὀδοῦσι φρεωρυχοῦσι καὶ ἀνευρίσκουσιν ὕδωρ. ἐν δὲ τῇ παραλίᾳ ταύτῃ μέχρι τοῦ Πυθολάου ἀκρωτηρίου δύο λίμναι εἰσὶν εὐμεγέθεις· ἡ μὲν ἁλμυροῦ ὕδατος, ἣν καλοῦσι θάλατταν, ἡ δὲ γλυκέος, ἣ τρέφει καὶ ἵππους ποταμίους καὶ κροκοδείλους, περὶ τὰ χείλη δὲ πάπυρον· ὁρῶνται δὲ καὶ ἴβεις περὶ τὸν τόπον· ἤδη δὲ καὶ οἱ πλησίον τῆς ἄκρας τῆς Πυθολάου τὰ σώματα ὁλόκληροί εἰσι· μετὰ δὲ τούτους ἡ λιβανωτοφόρος· ἐνταῦθα ἄκρα ἐστὶ καὶ ἱερὸν αἰγειρῶνα ἔχον. ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ ποταμία τις Ἴσιδος λεγομένη καὶ ἄλλη τις Νεῖλος, ἄμφω καὶ σμύρναν καὶ λίβανον παραπεφυκότα ἔχουσαι. ἔστι δὲ καὶ δεξαμενή τις τοῖς ἐκ τῶν ὀρῶν ὕδασι πληρουμένη καὶ μετὰ ταῦτα Λέοντος σκοπὴ καὶ Πυθαγγέλου λιμήν· ἡ δ' ἑξῆς ἔχει καὶ ψευδοκασίαν. συνεχῶς δ' εἰσὶ ποτάμιαί τε πλείους ἔχουσαι λίβανον παραπεφυκότα καὶ ποταμοὶ μέχρι τῆς Κινναμωμοφόρου· ὁ δ' ὁρίζων ταύτην ποταμὸς φέρει καὶ φλοῦν πάμπο-

solem torrent; postquam exassaverint, spinarum acervos faciunt, carnem vero conculcantes, bolos conficiunt, rursusque soli exponunt et comedunt. Hieme autem quum pisces legere non possint, acervatas spinas conterentes, pastam ex iis faciunt et sic iis utuntur; recentes adhuc spinas exsugunt. Nonnulli etiam concharum carnibus nutriuntur; conchis enim in fossam vel lacunam aliquam maris immissis, pisciculos in cibum injiciunt, atque in penuria piscium loco utuntur. Sunt iis etiam varia piscium vivaria, e quibus penum promunt. Nonnulli eorum qui oram aquæ expertem habitant, quinque dierum itinere cum tota familia clamantes et canentes ad aquaria ascendunt, ibique proni projecti more boum bibunt, dum venter in tympani modum intumescat, deinde ad mare redeunt. Degunt hi in speluncis vel in tuguriis oleæ frondibus contectis, et trabibus ac tignis ex ossibus ac spinis cetorum paratis.

14. Chelonophagi testudinum operculis conteguntur, quæ adeo magna sunt, ut et navigare in eis liceat. Nonnulli, alga mari ejecta et ingentes cumulos collium forma aggerente, eos cumulos suffodiunt atque inhabitant; mortuos in litus projiciunt piscibus edendos, postquam maris æstus defluentis eos abripuerit. Inter insulas sunt tres quædam deinceps sitæ, quarum una testudinum, altera phocarum, tertia accipitrum dicitur. Tota ora palmeta et laureta habet, non modo quæ intra angustias est, sed ejus etiam quæ extra est pars magna. Est etiam Philippi quædam insula, supra quam jacet elephantum venatio, quæ Pythangeli dicitur; deinde Arsinoe civitas et portus, postea Dira; supra hæc est elephantum venatio. Post Diram vero deinceps est regio aromatifera, et prima quidem quæ myrrham fert, ab Ichthyophagis est et Creophagis inhabitata; producit etiam perseam et Ægyptiacum morum; superjacet Lichæ elephantum venatio; passim sunt pluviarum aquarum lacunæ, quibus resiccatis, elephantes proboscide ac dentibus puteos effodiunt, et aquam inveniunt. In hac ora usque ad Pytholai promontorium sunt duo ingentes lacus, alter aquæ salsæ, quem mare dicunt, alter dulcis, qui hippopotamos alit et crocodilos, circum labra autem papyrum gignit; ibes etiam in hoc loco conspiciuntur. Circa Pytholai promontorium jam sunt homines integri corporibus. Post hos est regio thurifera, in qua promontorium est atque sacrum quod populetum habet. In mediterranea est regio quædam fluvialis, quæ Isidis dicitur, et alia quædam Nilus; ambæ myrrham et thuriferas arbores habent. Est etiam receptaculum, quod montanis aquis impletur. Postea Leontis specula et Pythangeli portus. Sequens regio pseudocasiam fert. Deinceps complures regiones fluviales sequuntur, prope quas thus nascitur, et fluvii usque ad regionem, quæ cinnamomum fert; flumen, quod hanc definit, phleum multum

λυν· εἶτ' ἄλλος ποταμὸς καὶ Δαφνοῦς λιμὴν καὶ ποταμία Ἀπόλλωνος καλουμένη, ἔχουσα πρὸς τῷ λιβάνῳ καὶ σμύρναν καὶ κιννάμωμον· τοῦτο δὲ πλεονάζει μᾶλλον περὶ τοὺς ἐν βάθει τόπους· εἶθ' ὁ Ἐλέφας. τὸ ὄρος, ἐκκείμενον εἰς θάλατταν, καὶ διῶρυξ καὶ ἐφεξῆς Ψυγμοῦ λιμὴν μέγας καὶ ὕδρευμα, τὸ Κυνοκεφάλων καλούμενον, καὶ τελευταῖον ἀκρωτήριον τῆς παραλίας ταύτης, τὸ Νότου κέρας. κάμψαντι δὲ τοῦτο ὡς ἐπὶ μεσημβρίαν οὐκέτι, φησίν, ἔχομεν λιμένων ἀναγραφὰς οὐδὲ τόπων διὰ τὸ μηκέτι εἶναι γνώριμον † ἐν δὲ τῇ ἑξῆς παραλίᾳ.

15. Εἰσὶ [δὲ] καὶ στῆλαι καὶ βωμοὶ Πυθολάου καὶ Λίχα καὶ Πυθαγγέλου καὶ Λέοντος καὶ Χαριμόρτου κατὰ τὴν γνώριμον παραλίαν τὴν ἀπὸ Δειρῆς μέχρι Νότου κέρως, τὸ δὲ διάστημα οὐ γνώριμον. πληθύει δ' ἐλέφασιν ἡ χώρα καὶ λέουσι τοῖς καλουμένοις μύρμηξιν· ἀπεστραμμένα δ' ἔχουσι τὰ αἰδοῖα, (καὶ)-χρυσοειδεῖς τὴν χρόαν, ψιλότεροι δὲ τῶν κατὰ τὴν Ἀραβίαν· φέρει δὲ καὶ παρδάλεις ἀλκίμους καὶ ῥινοκέρωτας· οὗτοι δὲ μικρὸν ἀπολείπονται τῶν ἐλεφάντων (οἱ ῥινοκέρωτες), [οὐχ], ὥσπερ Ἀρτεμίδωρός φησιν, (ἐπὶ σπειρὰν) τῷ μήκει, καίπερ ἑωρακέναι φήσας ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, ἀλλὰ σχεδόν τι ὅσον ..... τῷ ὕψει, ἀπό γε τοῦ ὑφ' ἡμῶν ὁραθέντος· οὔτε πύξῳ τὸ χρῶμα ἐμφερές, ἀλλ' ἐλέφαντι μᾶλλον· μέγεθος δ' ἐστὶ ταύρου· μορφὴ δ' ἐγγυτάτω συάγρου, καὶ μάλιστα κατὰ τὴν προτομήν, πλὴν τῆς ῥινός, ὅτι ἔστι κέρας σιμὸν στερεώτερον ὀστέου παντός· χρῆται δ' ὅπλῳ, καθάπερ καὶ τοῖς ὀδοῦσιν ὁ σύαγρος· ἔχει δὲ καὶ τύλους δύο, ὡς ἂν σπείρας δρακόντων ἀπὸ τῆς ῥάχεως μέχρι τῆς γαστρὸς περικειμένας, τὴν μὲν πρὸς τῷ λόφῳ, τὴν δὲ πρὸς τῇ ὀσφύι. ἐκ μὲν δὴ τοῦ ὑφ' ἡμῶν ὁραθέντος ταῦτά φαμεν ἡμεῖς, ἐκεῖνος δὲ προσδιασαφεῖ, διότι καὶ ἐλεφαντομάχον ἰδίως ἐστὶ τὸ ζῷον περὶ τῆς νομῆς, ὑποδῦνον τῇ προτομῇ καὶ ἀνακεῖρον τὴν γαστέρα, ἐὰν μὴ προληφθῇ τῇ προβοσκίδι καὶ τοῖς ὀδοῦσι.

16. Γίνονται δ' ἐν τούτοις τοῖς τόποις καὶ αἱ καμηλοπαρδάλεις, οὐδὲν ὅμοιον ἔχουσαι παρδάλει· τὸ γὰρ ποικίλον τῆς χρόας νεβρίσι μᾶλλον ἔοικε ῥαβδωτοῖς σπίλοις κατεστιγμέναις· τελέως δὲ τὰ ὀπίσθια ταπεινότερα τῶν ἐμπροσθίων ἐστίν, ὥστε δοκεῖν συγκαθῆσθαι τῷ οὐραίῳ μέρει; τὸ ὕψος βοὸς ἔχοντι, τὰ δὲ ἐμπρόσθια σκέλη τῶν καμηλείων οὐ λείπεται· τράχηλος δ' εἰς ὕψος ἐξηρμένος ὀρθός, τὴν κορυφὴν δὲ πολὺ ὑπερπετεστέραν ἔχει τῆς καμήλου· διὰ δὲ τὴν ἀσυμμετρίαν ταύτην οὐδὲ τάχος οἶμαι τοσοῦτον εἶναι περὶ τὸ ζῷον, ὅσον εἴρηκεν Ἀρτεμίδωρος, ἀνυπέρβλητον φήσας· ἀλλ' οὐδὲ θηρίον ἐστίν, ἀλλὰ βόσκημα μᾶλλον· οὐδεμίαν γὰρ ἀγριότητα ἐμφαίνει. γίνονται δέ, φησί, καὶ σφίγγες καὶ κυνοκέφαλοι καὶ κῆβοι λέοντος μὲν πρόσωπον ἔχοντες, τὸ δὲ λοιπὸν σῶμα πάνθηρος, μέγεθος δὲ δορκάδος· καὶ ταῦροι δ' εἰσὶν ἄγριοι καὶ σαρκοφάγοι, μεγέθει πολὺ τοὺς παρ' ἡμῖν ὑπερβεβλημένοι καὶ τάχει, πυρροὶ τὴν χρόαν· κροκούττας δ' ἐστὶ μῖγμα λύκου

gignit. Postea est aliud flumen et Daphnûs portus et fluvialis regio, quæ Apollinis dicitur et thus habet et myrrham et cinnamomum; hujus tamen major copia est circa interiora loca. Exinde Elephas mons in mare prominens et fossa et deinceps Psygmi portus magnus et aquatio Cynocephalorum dicta et Austri cornu, ultimum hujus oræ promontorium. Id versus meridiem ubi flexeris, nullos amplius, inquit, neque portus neque loca habemus notata, quum nondum cognita sit quæ deinceps sequitur ora maritima (γν. τὴν ἑ. παραλίαν).

15. Sunt vero etiam columnæ et aræ Pytholai et Lichæ et Pythangeli et Leontis, et Charimorti juxta oram notam a Dira usque ad Austri cornu; at distantia ignota est. Hæc regio elephantis abundat et leonibus, qui formicæ vocantur et genitalia aversa habent et colorem aureum, pilis non tam densis vestiti, ut Arabici. Fert etiam pardales fortissimas et rhinocerotes, qui non, ut Artemidorus ait, longitudine paulum ab elephantis superantur (quamquam se Alexandriæ vidisse affirmat), sed in altitudinem una fere *sphithama* (σπιθαμήν?), secundum eum certe quem nos vidimus; neque color buxo, sed elephanti potius similis; magnitudo tauri; forma apro proxima, præsertim quod ad rostrum attinet, dempto naso, qui cornu quoddam est recurvum, omni osse durius. Eo pro armis utuntur, quemadmodum aper dentibus. Habet etiam duo cingula, tanquam draconum volumina, a dorso usque ad uterum circumeuntia, alterum armum versus, alterum ad lumbum. Nos hæc de eo dicimus, quem ipsi vidimus; Artemidorus addit id animal de pastu cum elephante pugnare, et rostro subire ac ventrem ejus conscindere, nisi elephantis proboscide vel dentibus prævertatur.

16. In iis locis camelopardales quoque nascuntur, nulla re pardali similes; cutis enim varietate hinnulo potius similis est bellua, virgatis maculis distincta; posteriora multo humiliora sunt anterioribus, ut a cauda sedere videatur, ad bovis altitudinem; anteriora vero crura cameli cruribus non sunt humiliora; collum rectum est, et in altum exsurgit; verticem multo sublimiorem camelo habet. Propter quam partium inconcinnitatem nec tantam celeritatem habere puto, quantam dixit Artemidorus, insuperabilem affirmans; neque etiam fera est, sed pecus potius; nullam enim feritatem præ se fert. Gignuntur etiam ibi (Artemidorus ait) sphinges et cynocephali et cebi, qui faciem leonis, corpus reliquum pantheræ, magnitudinem damæ habent, item tauri feri ac carnivori, nostros et magnitudine et celeritate longe exsuperantes, colore rufo; crocuttas vero secundum Artemidorum, ex

καὶ κυνός, ὥς φησιν οὗτος. ἃ δ' ὁ Σκήψιος λέγει Μητρόδωρος ἐν τῷ περὶ συνηθείας βιβλίῳ μύθοις ἔοικε καὶ οὐ φροντιστέον αὐτῶν. καὶ δρακόντων δ' εἴρηκε μεγέθη τριάκοντα πηχῶν ὁ Ἀρτεμίδωρος ἐλέφαντας καὶ ταύρους χειρουμένων, μετριάσας ταύτῃ γε· οἱ γὰρ Ἰνδικοὶ μυθωδέστεροι καὶ οἱ Λιβυκοί, οἷς γε καὶ πόα ἐπιπεφυκέναι λέγεται.

17. Νομαδικὸς μὲν οὖν ὁ βίος τῶν Τρωγλοδυτῶν, τυραννοῦνται δὲ καθ' ἕκαστα, κοιναὶ δὲ καὶ γυναῖκες καὶ τέκνα πλὴν τοῖς τυράννοις, τῷ δὲ τὴν τυράννου φθείραντι πρόβατον ἡ ζημία ἐστί· στιβίζονται δ' ἐπιμελῶς αἱ γυναῖκες, περίκεινται δὲ τοῖς τραχήλοις κογχία ἀντὶ βασκανίων. πολεμοῦσι δὲ περὶ τῆς νομῆς, κατ' ἀρχὰς μὲν διωθούμενοι ταῖς χερσίν, εἶτα λίθοις, ὅταν δὲ τραῦμα γένηται, καὶ τοξεύμασι καὶ μαχαιρίσι· διαλύουσι δὲ γυναῖκες, εἰς μέσους προϊοῦσαι καὶ δεήσεις προσενέγκασαι· τροφὴ δ' ἔκ τε σαρκῶν καὶ τῶν ὀστέων κοπτομένων ἀναμὶξ καὶ εἰς τὰς δορὰς ἐνειλουμένων, εἶτ' ὀπτωμένων καὶ ἄλλως πολλαχῶς σκευαζομένων ὑπὸ τῶν μαγείρων, οὓς καλοῦσιν ἀκαθάρτους· ὥστε μὴ κρεοφαγεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ ὀστοφαγεῖν καὶ δερματοφαγεῖν· χρῶνται δὲ καὶ τῷ αἵματι καὶ τῷ γάλακτι καταμίξαντες. ποτὸν δὲ τοῖς μὲν πολλοῖς ἀπόβρεγμα παλιούρου, τοῖς δὲ τυράννοις μελίκρατον, ἀπ' ἄνθους τινὸς ἐκπιεζομένου τοῦ μέλιτος. ἔστι δ' αὐτοῖς χειμὼν μέν, ἡνίκα οἱ ἐτησίαι πνέουσι (κατομβροῦνται γάρ), θέρος δ' ὁ λοιπὸς χρόνος. γυμνῆται δὲ καὶ δερματοφόροι καὶ σκυταληφόροι διατελοῦσιν· εἰσὶ δ' οὐ κολοβοὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ περιτετμημένοι τινές, καθάπερ Αἰγύπτιοι. οἱ δὲ Μεγάβαροι Αἰθίοπες τοῖς ῥοπάλοις καὶ τύλους προστιθέασι σιδηροῦς, χρῶνται δὲ καὶ λόγχαις καὶ ἀσπίσιν ὠμοβυρσίναις, οἱ δὲ λοιποὶ Αἰθίοπες τόξοις καὶ λόγχαις. θάπτουσι δέ τινες τῶν Τρωγλοδυτῶν, ῥάβδοις παλιουρίναις δήσαντες τὸν αὐχένα τῶν νεκρῶν πρὸς τὰ σκέλη· ἔπειτα εὐθὺς καταλεύουσιν ἱλαροί, γελῶντες ἅμα, ἕως ἂν τοῦ σώματος τὴν ὄψιν ἀποκρύψωσιν· εἶτ' ἐπιθέντες κέρας αἴγειον ἀπίασιν. ὁδοιποροῦσι δὲ νύκτωρ ἐκ τῶν ἀρρένων θρεμμάτων κώδωνας ἐξάψαντες, ὥστ' ἐξίστασθαι τὰ θηρία τῷ ψόφῳ· καὶ λαμπάσι δὲ καὶ τόξοις ἐπὶ τὰ θηρία χρῶνται, καὶ διαγρυπνοῦσι δὲ τῶν ποιμνίων χάριν, ᾠδῇ τινι χρώμενοι πρὸς τῷ πυρί.

18. Ταῦτ' εἰπὼν περὶ τῶν Τρωγλοδυτῶν καὶ τῶν προσχώρων Αἰθιόπων ἐπάνεισιν ἐπὶ τοὺς Ἄραβας· καὶ πρώτους ἔπεισι τοὺς τὸν Ἀράβιον κόλπον ἀφορίζοντας καὶ ἀντικειμένους τοῖς Τρωγλοδύταις, ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ Ποσειδίου. φησὶ δὲ ἐνδοτέρω κεῖσθαι τοῦτο τοῦ Αἰλανίτου μυχοῦ· συνεχῆ δὲ τοῦ Ποσειδίου φοινικῶνα εἶναι εὔυδρον, τιμᾶσθαί τε κομιδῇ διὰ τὸ πᾶσαν τὴν κύκλῳ καυματηράν τε καὶ ἄνυδρον καὶ ἄσκιον ὑπάρχειν, ἐνταῦθα δὲ καὶ τὴν εὐκαρπίαν τῶν φοινίκων εἶναι θαυμαστήν· προεστήκασι δὲ τοῦ ἄλσους ἀνὴρ καὶ γυνή, διὰ γένους ἀποδεδειγμένοι, δερματοφόροι, τροφὴν ἀπὸ τῶν φοινίκων ἔχοντες. κοιτάζονται δ' ἐπὶ δένδρων κα-

cane lupoque hybrida est; quæ vero Metrodorus Scepsius in libro de consuetudine dicit, fabulæ sunt, quarum ratio habenda non est. Artemidorus dracones etiam refert magnitudine triginta cubitorum, qui tauros elephantosque capiant, in his saltem modum non excedens; nam Indici ac Libyci dracones fabulosiores sunt, quibus etiam herbam innasci tradunt.

17. Troglodytarum vita pastoralis est; singulis locis tyrannos habent; mulieres et filii eis communes, nisi quæ tyrannorum sunt; qui tyranni uxorem corruperit, ove multatur. Eorum mulieres diligenter stibi superciliis interunt, collo conchas adversus fascinationes appensas gestant; viri de pascuis contendunt, primo manibus rem gerentes, mox lapidibus; quod si vulnus fiat, etiam sagittis et gladiis; at mulieres in medium prodeuntes et preces interponentes, pacem reparant. Vescuntur carnibus et ossibus simul contusis et in coria involutis et postea vel assatis vel aliis variis modis præparatis a coquis, quos immundos vocant, adeo ut non solum carnes, sed ossa etiam et coria comedant. Vescuntur etiam mixto cum lacte sanguine. Vulgus aquam bibit, in qua paliurus sit maceratus; tyranni mulsum potant, melle e flore quodam expresso. Hiemem habent, quum etesiæ flant; tunc enim imbribus rigantur; æstatem vero reliquum tempus. Degunt nudi vel pelliti, et scuticas gestant, et sunt non solum glandes mutili, sed etiam circumcisi nonnulli, quemadmodum Ægyptii. Æthiopes Megabari clavas muniunt ferreis nodis, utuntur vero etiam lanceis et scutis e crudo corio confectis. reliqui autem Æthiopes arcu et lancea. Quidam Troglodytæ sepeliunt suos, paliurinis virgis mortui cervicem pedibus alligantes; tum mortuum illico lapidibus impetunt, læti ac ridentes, quousque obrutum corpus non amplius conspiciatur; deinde, imposito capræ cornu, abscedunt. Iter noctu peragunt, pecoribus masculis tintinnabula e collo suspendentes, ut feræ sonitu exterreantur; arcu quoque et facibus contra feras utuntur; invigilant etiam gregis gratia, ad ignem cantu quodam utentes.

18. Ceterum Artemidorus hæc de Troglodytis ac vicinis Æthiopibus postquam dixit, revertitur ad Arabes; et primo quidem eos persequitur, qui Arabicum sinum terminant, et Troglodytis opponuntur, a Posidio incipiens, quod interius Ælanitico recessu situm autumat. Posidio vero continuum esse palmetum quoddam aquis abundans, et in magno honore haberi propterea quod tota circumjacens regio æstuosa sit et arida et umbrarum expers, ibi vero etiam feraces mirum in modum palmæ sint. Luco vir et uxor præsunt ratione generis constituti, pelliti ambo, victum ex palmis ducentes. Dormiunt in tuguriis factis super arboribus, propter ferarum multitudinem. Postea est

λυδοπαισάμενοι διὰ τὸ πλῆθος τῶν θηρίων. εἶθ' ἑξῆς ἐστι νῆσος Φωκῶν, ἀπὸ τοῦ πλήθους τῶν θηρίων τούτων ὠνομασμένη. πλησίον δ' αὐτῆς ἀκρωτήριον, ὃ κατείνει πρὸς τὴν Πέτραν τὴν τῶν Ναβαταίων καλουμένων Ἀράβων καὶ τὴν Παλαιστίνην χώραν, εἰς ἣν Μιναῖοί τε καὶ Γερραῖοι καὶ πάντες οἱ πλησιόχωροι τὰ τῶν ἀρωμάτων φορτία κομίζουσιν. εἶτ' ἄλλη παραλία, πρότερον μὲν Μαρανιτῶν καλουμένη, ὧν οἱ μὲν ἦσαν γεωργοί, τινὲς δὲ σκηνῖται, νῦν δὲ Γαρινδαίων, ἀνελόντων ἐκείνους δόλῳ· ἐπέθεντο γὰρ αὐτοῖς, πενταετηρικήν τινα πανήγυριν ἐπιτελοῦσι, καὶ τούτους τε διέφθειραν καὶ τοὺς ἄλλους ἐπελθόντες ἄρδην διελυμήναντο. εἶθ' ὁ Αἰλανίτης κόλπος καὶ ἡ Ναβαταία, πολύανδρος οὖσα χώρα καὶ εὔβοτος· οἰκοῦσι δὲ καὶ νήσους προκειμένας πλησίον· οἳ πρότερον μὲν καθ' ἡσυχίαν ἦσαν, ὕστερον δὲ σχεδίαις ἐληίζοντο τοὺς ἐκ τῆς Αἰγύπτου πλέοντας· δίκας δ' ἔτισαν, ἐπελθόντος στόλου καὶ ἐκπορθήσαντος αὐτούς. ἑξῆς δ' ἐστὶ πεδίον εὔδενδρόν τε καὶ εὔυδρον καὶ βοσκημάτων παντοίων μεστόν, ἄλλων τε καὶ ἡμιόνων· καὶ καμήλων ἀγρίων καὶ ἐλάφων καὶ δορκάδων πλῆθος ἐν αὐτῷ, λέοντές τε καὶ παρδάλεις καὶ λύκοι συχνοί. πρόκειται δὲ νῆσος καλουμένη Δία· εἶτα κόλπος ὅσον πεντακοσίων σταδίων, ὄρεσι περικλειόμενος καὶ δυσεισβόλῳ στόματι· περιοικοῦσι δὲ θηρευτικοὶ ἄνδρες τῶν χερσαίων ἀγρευμάτων. εἶτ' ἔρημοι τρεῖς νῆσοι πλήρεις ἐλαιῶν, οὐ τῶν παρ' ἡμῖν, ἀλλὰ τῶν ἐντοπίων, ἃς καλοῦμεν Αἰθιοπικάς, ὧν τὸ δάκρυον καὶ ἰατρικῆς δυνάμεώς ἐστιν. ἐφεξῆς δ' ἐστὶν αἰγιαλὸς λιθώδης, καὶ μετὰ τοῦτον τραχεῖα καὶ δυσπαράπλευστος ὅσον χιλίων σταδίων παραλία σπάνει λιμένων καὶ ἀγκυροβολίων· ὄρος γὰρ παρατείνει τραχὺ καὶ ὑψηλόν· εἶθ' ὑπώρειαι σπιλαδώδεις μέχρι τῆς θαλάττης, τοῖς ἐτησίαις μάλιστα καὶ ταῖς τότε ἐπομβρίαις ἀβοήθητον παρέχουσαι τὸν κίνδυνον. ἑξῆς δ' ἐστὶ κόλπος νήσους ἔχων σποράδας, καὶ συνεχῶς θῖνες ψάμμου μελαίνης τρεῖς ἄγαν ὑψηλοί, καὶ μετὰ τούτους Χαρμόθας λιμὴν ὅσον σταδίων τὸν κύκλον ἑκατόν, στενὸν καὶ ἐπικίνδυνον ἔχων τὸν εἴσπλουν παντὶ σκάφει, ῥεῖ δὲ καὶ ποταμὸς εἰς αὐτόν· ἐν μέσῳ δὲ νῆσος εὔδενδρος καὶ γεωργήσιμος. εἶτ' ἐστὶ παραλία τραχεῖα, καὶ μετὰ ταύτην κόλποι τινὲς καὶ χώρα Νομάδων ἀπὸ καμήλων ἐχόντων τὸν βίον· καὶ γὰρ πολεμοῦσιν ἀπ' αὐτῶν καὶ ὁδεύουσι καὶ τρέφονται τῷ τε γάλακτι χρώμενοι καὶ ταῖς σαρξί. ῥεῖ δὲ ποταμὸς δι' αὐτῶν ψῆγμα χρυσοῦ καταφέρων, οὐκ ἴσασι δ' αὐτὸ κατεργάζεσθαι· καλοῦνται δὲ Δέβαι, οἱ μὲν νομάδες, οἱ δὲ καὶ γεωργοί. οὐ λέγω δὲ τῶν ἐθνῶν τὰ ὀνόματα τὰ † παλαιὰ διὰ τὴν ἀδοξίαν καὶ ἅμα ἀτοπίαν τῆς ἐκφορᾶς αὐτῶν. ἐχόμενοι δ' εἰσὶν ἡμερώτεροι τούτων ἄνδρες, εὐκρατοτέραν οἰκοῦντες γῆν· καὶ γὰρ εὔυδρός ἐστι καὶ εὔομβρος· χρυσός τε ὀρυκτὸς γίνεται παρ' αὐτοῖς οὐ ψήγματος, ἀλλὰ βωλαρίων χρυσοῦ καθάρσεως οὐ πολλῆς δεομένων, μέγεθος δ' ἐχόντων ἐλάχιστον μὲν πυρῆνος, μέσον δὲ μεσπίλου, μέγιστον δὲ καρύου· τρήσαντες δὲ ταῦτα ἐναλλὰξ λί-

Phocarum insula, a multitudine marinorum vitulorum nomen habens. Prope est promontorium, ita porrectum ut linea per illud ducta tendat ad Petram, urbem Nabatæorum Arabum, et Palæstinam regionem, in quam Minæi et Gerrhæi et vicini omnes aromata convehunt. Postea est alia ora, quæ prius Maranitarum dicebatur, quorum alii erant agricolæ, alii in tuguriis habitabant; nunc Garindæi, illis dolo interemptis, eam possident. Nam Maranitas adorti, dum festa quædam quinquennalia celebrarent, non solum hos interfecerunt, sed etiam ingruentes in reliquos, funditus omnes deleverunt. Succedit his Ælaniticus sinus et Nabatæa, populosa regio et pascuis abundans. Insulas quoque vicinas oræ projectas obtinent Nabatæi, qui olim quidem quieti, postea ratibus deprædari cœperunt eos, qui ex Ægypto navigabant; sed pœnas dederunt, classe adversum ipsos profecta, qua sunt oppressi. Deinceps est planities, aquis et arboribus plena et omni pecore abundans tum cetero tum mulis. Camelorum quoque agrestium et cervarum et dorcadum in ea copia, nec non leones et pardales et lupi plurimi. Ante hanc sita est insula nomine Dia. Postea sinus quingentorum fere stadiorum a montibus circumclusus, fauces habens accessu difficiles est; circumhabitant homines terrestrium animalium venatores. Inde sunt insulæ tres desertæ, oleis obsitæ non nostratibus, sed indigenis, quas Æthiopicas vocamus, quarum lacrima etiam medicam vim habet. Deinceps est litus lapidosum, et post id est ora mille fere stadiorum ob portuum et jaciendarum ancorarum commoditatis penuriam transvectu difficilis; nam mons altus et asper juxta porrigitur, atque montium radices saxosæ usque in mare pertingunt, quæ præsertim etesiis flantibus et imbribus accidentibus, inevitabile periculum offerunt. Subsequitur sinus, qui sparsas insulas habet. Protinus sunt cumuli arenæ nigræ tres, valde excelsi, et post hos est Charmothas portus centum fere stadiorum ambitu, ingressu angusto et omni scaphæ periculoso; exit in eum flumen. In medio insula jacet arboribus plena et cultui apta. Deinde est litus asperum, et post id sinus quidam et regio Nomadum victum ex camelis ducentium; nam iis et in pugna et in faciendo itinere utuntur, et lacte eorum ac carnibus vescuntur. Flumen per eos labitur, quod auri ramenta defert; sed artem eorum in massam auri convertendorum ignorant. Ipsi Debæ vocantur, et eorum quidam pastores sunt, alii agricolæ. Ceterum gentium nomina, plurima illa (τὰ πολλά), propter obscuritatem et absurditatem pronuntiationis omitto. Sequuntur homines mansuetiores, temperatiorem terram habitantes, utpote aquis et imbribus large præditam; apud eos aurum effoditur, non ramenta, sed glebulæ quædam, quæ non multa purgatione indigent, magnitudine minima nuclei, media mespili, maxima nucis, quas perforantes et alterne componentes lapillis pellu-

[illegible] διαφανέσιν ὅρμους ποιοῦνται διείροντες λίνον, περιτίθενται δὲ περὶ τοὺς τραχήλους καὶ καρπούς· πωλοῦσι δὲ καὶ πρὸς τοὺς ἀστυγείτονας εὔωνον τὸν χρυσόν, τριπλάσιον ἀντιδιδόντες τοῦ χαλκοῦ, διπλάσιον δὲ τοῦ † ἀργύρου διά τε τὴν ἀπειρίαν τῆς ἐργασίας καὶ τὴν σπάνιν τῶν ἀντιλαμβανομένων, ὧν ἡ χρεία πρὸς τοὺς βίους ἀναγκαιοτέρα.

19. Συνάπτει δ' ἡ τῶν Σαβαίων εὐδαιμονεστάτη, μεγίστου ἔθνους, παρ' οἷς καὶ σμύρνα καὶ λίβανος καὶ κιννάμωμον· ἐν δὲ τῇ παραλίᾳ καὶ βάλσαμον καὶ ἄλλη τις πόα σφόδρα εὐώδης, ταχὺ δ' ἐξίτηλον τὴν ὀδμὴν ἔχουσα· εἰσὶ δὲ καὶ φοίνικες εὐώδεις καὶ κάλαμος, ὄφεις δὲ σπιθαμιαῖοι, φοινικοῖ τὴν χρόαν, προσαλλόμενοι καὶ μέχρι λαγόνος, τὸ δῆγμα ἔχοντες ἀνήκεστον. διὰ δὲ τὴν ἀφθονίαν τῶν καρπῶν ἀργοὶ καὶ ῥᾴθυμοι τοῖς βίοις εἰσὶν οἱ ἄνθρωποι· κοιτάζονται δὲ ἐπὶ τῶν ῥιζῶν τῶν δένδρων ἐκτέμνοντες οἱ πολλοὶ καὶ δημοτικοί· διαδεχόμενοι δ' οἱ σύνεγγυς ἀεὶ τὰ φορτία, τοῖς μετ' αὐτοὺς παραδιδόασι μέχρι Συρίας καὶ Μεσοποταμίας· καρούμενοι δ' ὑπὸ τῶν εὐωδιῶν, αἴρουσι τὸν κάρον ἀσφάλτου θυμιάματι καὶ τράγου πώγωνος. ἡ δὲ πόλις τῶν Σαβαίων, ἡ Μαρίαβα, κεῖται μὲν ἐπ' ὄρους εὐδένδρου, βασιλέα δ' ἔχει κύριον τῶν κρίσεων καὶ τῶν ἄλλων· ἐκ δὲ τῶν βασιλείων οὐ θέμις ἐξιέναι, ἢ καταλεύουσιν αὐτὸν παραχρῆμα οἱ ὄχλοι κατά τι λόγιον· ἐν χλιδῇ δ' ἐστὶ γυναικείᾳ καὶ αὐτὸς καὶ οἱ περὶ αὐτόν· τὰ δὲ πλήθη τὰ μὲν γεωργεῖ, τὰ δ' ἐμπορεύεται τὰ ἀρώματα τά τε ἐπιχώρια καὶ τὰ ἀπὸ τῆς Αἰθιοπίας, πλέοντες ἐπ' αὐτὰ διὰ τῶν στενῶν δερματίνοις πλοίοις· τοσαῦτα δ' ἐστὶ τὸ πλῆθος, ὥστ' ἀντὶ φρυγάνων καὶ τῆς καυσίμου ὕλης χρῆσθαι κινναμώμῳ καὶ κασίᾳ καὶ τοῖς ἄλλοις. γίνεται δ' ἐν τοῖς Σαβαίοις καὶ τὸ λάριμνον, εὐωδέστατον θυμίαμα. ἐκ δὲ τῆς ἐμπορίας οὗτοί τε καὶ Γερραῖοι πλουσιώτατοι πάντων εἰσίν, ἔχουσί τε παμπληθῆ κατασκευὴν χρυσωμάτων τε καὶ ἀργυρωμάτων, κλινῶν τε καὶ τριπόδων καὶ κρατήρων σὺν ἐκπώμασι καὶ τῇ τῶν οἴκων πολυτελείᾳ· καὶ γὰρ θυρώματα καὶ τοῖχοι καὶ ὀροφαὶ δι' ἐλέφαντος καὶ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου λιθοκολλήτου τυγχάνει διαπεποικιλμένα. ταῦτα μὲν περὶ τούτων εἴρηκε, τἆλλα δὲ τὰ μὲν παραπλησίως τῷ Ἐρατοσθένει λέγει· τὰ δὲ καὶ παρὰ τῶν ἄλλων ἱστορικῶν παρατίθησιν.

20. Ἐρυθρὰν γὰρ λέγειν τινὰς τὴν θάλατταν ἀπὸ τῆς χροιᾶς τῆς ἐμφαινομένης κατ' ἀνάκλασιν, εἴτε ἀπὸ τοῦ ἡλίου κατὰ κορυφὴν ὄντος εἴτε ἀπὸ τῶν ὀρῶν ἐρυθραινομένων ἐκ τῆς ἀποκαύσεως· ἀμφοτέρως γὰρ εἰκάζειν· Κτησίαν δὲ τὸν Κνίδιον πηγὴν ἱστορεῖν ἐκδιδοῦσαν εἰς τὴν θάλατταν ἐρευθὲς καὶ μιλτῶδες ὕδωρ· Ἀγαθαρχίδην δὲ τὸν ἐκείνου πολίτην παρά τινος Βόξου, [Πέρσου] τὸ γένος, ἱστορῆσαι, διότι Πέρσης τις Ἐρύθρας, ἱπποφορβίου τινὸς ὑπὸ λεαίνης οἴστρῳ κατασχομένης ἐξελαθέντος μέχρι θαλάττης κἀκεῖθεν εἰς νῆσόν τινα διάραντος, σχεδίαν πηξάμενος πρῶτος περαιωθείη πρὸς τὴν νῆσον· ἰδὼν δὲ καλῶς οἰκήσιμον, τὴν μὲν

cidis armillas faciunt, inserto filo, et collo carpisque circumponunt. Vendunt id aurum vicinis vili pretio, triplum auri dentes pro ære, duplum *pro ferro*, *decuplum* pro argento (διπλάσιον δὲ τοῦ σιδήρου καὶ δεκαπλάσιον τοῦ ἀργ.), tum propter operandi inscitiam, tum quod indigent iis, quæ contra accipiuntur, quorum usus magis est ad vitam necessarius.

19. His proxima est felicissima Sabæorum terra, gentis maximæ. Apud hos thus et myrrha et cinnamomum nascitur, in ora etiam balsamum et alia quædam herba valde odorata, quanquam ejus odor cito evanescit; habent præterea palmas odoratas et calamum; serpentes etiam spithamam longas, colore puniceo, usque ad ilia assilientes, quorum morsus incurabilis est. Homines propter maximam fructuum copiam otiosi socordesque vivunt. Cubant in radicibus arborum, quas excidunt (?), plerique de vulgo, atque merces proximi semper suscipientes protinus alter alteri consequenti tradunt usque in Syriam atque Mesopotamiam. Ubi fragrantia gravedinem induxit, bituminis suffitu et hirci barba eam abigunt. Mariaba, Sabæorum urbs, in monte jacet arboribus pleno. Sub rege sunt, qui judiciorum ac ceterarum rerum potestatem habet; ex regia vero exire fas non est, aut subito eum turbæ lapidibus obruunt, idque ex oraculo quodam. Ceterum rex et qui circa eum sunt, in deliciis muliebribus vivunt; plebis pars agros colit, pars aromata mercatur et indigena et Æthiopica, ad quæ navigant per angustias navigiis ex corio confectis. Tanta autem est apud eos aromatum abundantia, ut pro sarmentis et cetera ignis faciundi materie, cinnamomo, casia ceterisque utantur. Nascitur in Sabæis etiam larimnum, suffitu odoratissimum. Hi atque Gerrhæi ditissimi sunt ex mercatura; supellectilem ex auro et argento multam habent, ut lectos, tripodes, crateres, pocula in domibus sumptuosis; nam portæ et parietes et tecta ex ebore, auro, argento lapidibusque ornatus causa distincta. De his igitur hæc habet Artemidorus; cetera refert ita, ut etiam Eratosthenes, nonnulla tamen etiam ab aliis historicis sumpta adducit.

20. Narrat enim quosdam putare mari Rubro esse nomen de colore propter reflexionem apparente vel a sole, quum supra verticem est, vel a montibus ex adustione rubentibus; nam utroque modo putari; Ctesiam vero Cnidium narrare fontem quendam esse, qui aquam rubicundam minii colore in mare emittat; Agatharchidem autem hujus civem a Boxo quodam, Persa genere, accepisse hæc: scilicet Persam quendam Erythram nomine, quum equorum armentum a leæna asilo tacta usque ad mare compelleretur, atque inde in insulam quandam transmitteret: primum constructa rate in insulam eam transivisse; animadversoque, commode habitari posse, armentum rursum in

ἀγέλην εἰς τὴν Περσίδα ἀπαγάγοι πάλιν, ἀποίκους δ' ἐκεῖ στεῖλαι τε καὶ τὰς ἄλλας νήσους καὶ τὴν παραλίαν, ἐπώνυμον δὲ ποιήσειεν ἑαυτοῦ τὸ πέλαγος. τοὺς δὲ Περσέως υἱὸν ἀποφαίνεσθαι τὸν Ἐρύθραν, ἡγήσασθαί τε τῶν τόπων. λέγεται δ' ὑπό τινων τὰ ἀπὸ τῶν στενῶν τοῦ Ἀραβίου κόλπου μέχρι τῆς κινναμωμοφόρου τῆς ἐσχάτης πεντακισχιλίων σταδίων, οὐκ εὐκρινῶς, εἴτ' ἐπὶ νότον εἴτ' ἐπὶ τὰς ἀνατολάς. λέγεται δὲ καὶ διότι ὁ σμάραγδος καὶ ὁ βήρυλλος ἐν τοῖς τοῦ χρυσίου μετάλλοις ἐγγίνεται. εἰσὶ δὲ καὶ ἅλες εὐώδεις ἐν Ἄραψιν, ὥς φησι Ποσειδώνιος.

21. Πρῶτοι δ' ὑπὲρ τῆς Συρίας Ναβαταῖοι καὶ Σαβαῖοι τὴν εὐδαίμονα Ἀραβίαν νέμονται καὶ πολλάκις κατέτρεχον αὐτῆς, πρὶν ἢ Ῥωμαίων γενέσθαι· νῦν δὲ κἀκεῖνοι Ῥωμαίοις εἰσὶν ὑπήκοοι καὶ Σύροι. μητρόπολις δὲ τῶν Ναβαταίων ἐστὶν ἡ Πέτρα καλουμένη· κεῖται γὰρ ἐπὶ χωρίου τἆλλα ὁμαλοῦ καὶ ἐπιπέδου, κύκλῳ δὲ πέτρᾳ φρουρουμένου, τὰ μὲν ἐκτὸς ἀποκρήμνου καὶ ἀποτόμου, τὰ δ' ἐντὸς πηγὰς ἀφθόνους ἔχοντος εἴς τε ὑδρείαν καὶ κηπείαν. ἔξω δὲ τοῦ περιβόλου χώρα ἔρημος ἡ πλείστη, καὶ μάλιστα ἡ πρὸς Ἰουδαίᾳ· ταύτῃ δὲ καὶ ἐγγυτάτω ἐστὶ τριῶν ἢ τεττάρων ὁδὸς ἡμερῶν εἰς Ἱερικοῦντα, εἰς δὲ τὸν φοινικῶνα πέντε. βασιλεύεται μὲν οὖν ὑπό τινος ἀεὶ τῶν ἐκ τοῦ βασιλικοῦ γένους, ἔχει δ' ὁ βασιλεὺς ἐπίτροπον τῶν ἑταίρων τινά, καλούμενον ἀδελφόν· σφόδρα δ' εὐνομεῖται. γενόμενος γοῦν παρὰ τοῖς Πετραίοις Ἀθηνόδωρος, ἀνὴρ φιλόσοφος καὶ ἡμῖν ἑταῖρος, διηγεῖτο θαυμάζων· εὑρεῖν γὰρ ἐπιδημοῦντας ἔφη πολλοὺς μὲν Ῥωμαίων, πολλοὺς δὲ καὶ τῶν ἄλλων ξένων· τοὺς μὲν οὖν ξένους ὁρᾶν κρινομένους πολλάκις καὶ πρὸς ἀλλήλους καὶ πρὸς τοὺς ἐπιχωρίους, τῶν δ' ἐπιχωρίων οὐδένας ἀλλήλοις ἐγκαλοῦντας, ἀλλὰ τὴν πᾶσαν εἰρήνην ἄγοντας πρὸς ἑαυτούς.

22. Πολλὰ δὲ καὶ ἡ τῶν Ῥωμαίων ἐπὶ τοὺς Ἄραβας στρατεία νεωστὶ γενηθεῖσα ἐφ' ἡμῶν, ὧν ἡγεμὼν ἦν Αἴλιος Γάλλος, διδάσκει τῶν τῆς χώρας ἰδιωμάτων. τοῦτον δ' ἔπεμψεν ὁ Σεβαστὸς Καῖσαρ διαπειρασόμενον τῶν ἐθνῶν καὶ τῶν τόπων τούτων τε καὶ τῶν Αἰθιοπικῶν, ὁρῶν τήν τε Τρωγλοδυτικὴν τὴν προσεχῆ τῇ Αἰγύπτῳ γειτονεύουσαν τούτοις, καὶ τὸν Ἀράβιον κόλπον στενὸν ὄντα τελέως τὸν διείργοντα ἀπὸ τῶν Τρωγλοδυτῶν τοὺς Ἄραβας· προσοικειοῦσθαι δὴ διενοήθη τούτους ἢ καταστρέφεσθαι· ἦν δέ τι καὶ τὸ πολυχρημάτους ἀκούειν ἐκ παντὸς χρόνου, πρὸς ἄργυρον καὶ χρυσὸν τὰ ἀρώματα διατιθεμένους καὶ τὴν πολυτελεστάτην λιθίαν, ἀναλίσκοντας τῶν λαμβανομένων τοῖς ἔξω μηδέν· ἢ γὰρ φίλοις ἤλπιζε πλουσίοις χρήσεσθαι ἢ ἐχθρῶν κρατήσειν πλουσίων· ἐπῇρε δ' αὐτὸν καὶ ἡ παρὰ τῶν Ναβαταίων ἐλπίς, φίλων ὄντων καὶ συμπράξειν ἅπανθ' ὑπισχνουμένων.

23. Ἐπὶ τούτοις μὲν οὖν ἔστειλε τὴν στρατείαν ὁ Γάλλος. ἐξηπάτησε δ' αὐτὸν ὁ τῶν Ναβαταίων ἐπίτροπος Συλλαῖος, ὑποσχόμενος μὲν ἡγήσεσθαι τὴν ὁδὸν καὶ

Persidem abegisse, ac missis in eam et in alias insulas et in maritimam oram colonis, pelagus de suo nomine appellavisse. Alios vero Persei filium Erythram asserere, qui in his locis imperarit. Sunt qui dicant, ab Arabici sinus angustiis usque ad extremum cinnamomiferæ terræ esse stadiorum quinque millia, ad austrumne, an vero ad orientem, non exprimentes. Ferunt etiam smaragdum et beryllum in aurifodinis nasci. Sunt apud Arabes, ut Posidonius refert, etiam sales odorati.

21. Primi supra Syriam Nabatæi ac Sabæi felicem Arabiam incolunt, et sæpe in Syriam excurrerunt, priusquam Romani ea potirentur; nunc et ipsi et Syri Romanis parent. Metropolis Nabatæorum Petra nominatur; sita enim in loco alioqui æquabili et plano, sed undique rupibus munito, extrorsum præcipite et abrupto, introrsum vero fontes ad hortos et aquationem uberrimos habente. Extra hunc ambitum regio magna ex parte deserta est, præsertim Judæam versus. Hinc Hierichuntem brevissimum iter est trium dierum aut quattuor, ad Palmetum vero quinque. Semper ibi aliquis e regia stirpe regnat, ipse autem rex aliquem ex sodalibus, qui frater vocatur, curatorem habet. Legibus admodum bonis gubernatur. Athenodorus quidem philosophus, sodalis noster, apud Petræos commoratus, cum admiratione quadam narrabat, multos se tum Romanos tum alios peregrinos ibi invenisse, ac peregrinos quidem sæpe forenses lites inter se atque adversus indigenas exercuisse, oppidanos vero invicem summa usos absque ullis mutuis criminationibus tranquillitate.

22. Proxima quoque Romanorum expeditio, quæ nostro tempore, duce Ælio Gallo, in Arabiam facta est, permulta ejus regionis peculiaria demonstravit. Ælium Augustus Cæsar misit, ut gentes et loca tum hæc tum Æthiopica pertentaret, quum videret Troglodyticam, quæ juxta Ægyptum est, his esse finitimam, atque perangustum esse sinum Arabicum, quo Arabes a Troglodytis dirimerentur. Itaque aut conciliandi sibi hos aut subjiciendi cepit consilium. Quo faciebat etiam quod audiverat eos jam inde a multo tempore ditissimos esse, qui auro et argento aromata et pretiosissimas lapides permutarent, et eorum, quæ acciperent, nihil in res aliunde importatas impenderent; itaque vel se divitibus amicis usurum sperabat, vel locupletes inimicos superaturum. In magnam etiam spem Nabatæorum amicitia eum erexerat, ad omnem conatum adjumento se fore pollicentium.

23. His fretus Gallus expeditionem suscepit. Sed a Syllæo, Nabatæorum procuratore, deceptus est, qui se iter monstraturum, et in omnibus commeatu auxilioque affu-

χορηγήσειν ἅπαντα καὶ συμπράξειν, ἅπαντα δ' ἐξ ἐπιβουλῆς πράξας, καὶ οὔτε παράπλουν ἀσφαλῆ μηνύων, οὔθ' ὁδόν, ἀλλὰ ἀνοδίαις καὶ κυκλοπορίαις καὶ πάντων ἀπόροις χωρίοις, ἢ ῥαχίαις ἀλιμένοις παραβάλλων ἢ χοιράδων ὑφάλων μεσταῖς ἢ τεναγώδεσι· πλεῖστον δὲ αἱ πλημμυρίδες ἐλύπουν, ἐν τοιούτοις καὶ ταῦτα χωρίοις, καὶ αἱ ἀμπώτεις. πρῶτον μὲν δὴ τοῦθ' ἁμάρτημα συνέβη τὸ μακρὰ κατασκευάσασθαι πλοῖα, μηδενὸς ὄντος μηδ' ἐσομένου κατὰ θάλατταν πολέμου. οὐδὲ γὰρ κατὰ γῆν σφόδρα πολεμισταί εἰσιν, ἀλλὰ κάπηλοι μᾶλλον οἱ Ἄραβες καὶ ἐμπορικοί, μήτι γε κατὰ θάλατταν· ὁ δ' οὐχ ἔλαττον ὀγδοήκοντα ἐναυπηγήσατο δίκροτα καὶ τριήρεις καὶ φασήλους κατὰ Κλεοπατρίδα τὴν πρὸς τῇ παλαιᾷ διώρυγι τῇ ἀπὸ τοῦ Νείλου. γνοὺς δὲ διεψευσμένος ἐναυπηγήσατο σκευαγωγὰ ἑκατὸν καὶ τριάκοντα, οἷς ἔπλευσεν ἔχων περὶ μυρίους πεζοὺς τῶν ἐκ τῆς Αἰγύπτου Ῥωμαίων καὶ τῶν συμμάχων, ὧν ἦσαν Ἰουδαῖοι μὲν πεντακόσιοι, Ναβαταῖοι δὲ χίλιοι μετὰ τοῦ Συλλαίου. πολλὰ δὲ παθὼν καὶ ταλαιπωρηθεὶς πεντεκαιδεκαταῖος ἧκεν εἰς Λευκὴν κώμην τῆς Ναβαταίων γῆς, ἐμπόριον μέγα, πολλὰ τῶν πλοίων ἀποβαλών, ὧν ἔνια καὶ αὔτανδρα ὑπὸ δυσπλοίας, πολεμίου δ' οὐδενός· τοῦτο δ' ἀπειργάσατο ἡ τοῦ Συλλαίου κακία τοῦ πεζῇ φήσαντος ἀνόδευτα εἶναι στρατοπέδοις εἰς τὴν Λευκὴν κώμην, εἰς ἣν καὶ ἐξ ἧς οἱ καμηλέμποροι τοσούτῳ πλήθει ἀνδρῶν καὶ καμήλων ὁδεύουσιν ἀσφαλῶς καὶ εὐπόρως εἰς Πέτραν [καὶ] ἐκ Πέτρας, ὥστε μὴ διαφέρειν μηδὲν στρατοπέδου.

24. Συνέβαινε δὲ τοῦτο τοῦ μὲν βασιλέως τοῦ Ὀβόδα μὴ πολὺ φροντίζοντος τῶν κοινῶν, καὶ μάλιστα τῶν κατὰ πόλεμον (κοινὸν δὲ τοῦτο πᾶσι τοῖς Ἀράβων βασιλεῦσιν), ἅπαντα δὲ ἐπὶ τῇ τοῦ ἐπιτρόπου ποιουμένου [ἐξουσίᾳ] τοῦ Συλλαίου· τούτου δ' ἅπαντα δόλῳ στρατηγοῦντος καὶ ζητοῦντος, ὡς οἶμαι, κατοπτεῦσαι μὲν τὴν χώραν καὶ συνεξελεῖν τινας αὐτῶν πόλεις καὶ ἔθνη μετὰ τῶν Ῥωμαίων, αὐτὸν δὲ καταστῆναι κύριον ἁπάντων, ἀφανισθέντων ἐκείνων ὑπὸ λιμοῦ καὶ κόπου καὶ νόσων καὶ ἄλλων, ὅσων δόλῳ παρεσκεύασεν ἐκεῖνος· εἰς γοῦν τὴν Λευκὴν κώμην κατῆρεν, ἤδη στομακάκῃ τε καὶ σκελοτύρβῃ πειραζομένης τῆς στρατιᾶς, ἐπιχωρίοις πάθεσι, τῶν μὲν περὶ τὸ στόμα, τῶν δὲ περὶ τὰ σκέλη παράλυσίν τινα δηλούντων ἔκ τε τῶν ὑδρείων καὶ βοτανῶν. ἠναγκάσθη γοῦν τό τε θέρος καὶ τὸν χειμῶνα διατελέσαι αὐτόθι, τοὺς ἀσθενοῦντας ἀνακτώμενος. ἐκ μὲν οὖν τῆς Λευκῆς κώμης εἰς Πέτραν, ἐντεῦθεν δ' εἰς Ῥινοκόλουρα τῆς πρὸς Αἰγύπτῳ Φοινίκης τὰ φορτία κομίζεται, κἀντεῦθεν εἰς τοὺς ἄλλους· νυνὶ δὲ τὸ πλέον εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν τῷ Νείλῳ· κατάγεται (τὰ) δ' ἐκ τῆς Ἀραβίας καὶ τῆς Ἰνδικῆς εἰς Μυὸς ὅρμον· εἶθ' ὑπέρθεσις εἰς Κοπτὸν τῆς Θηβαΐδος καμήλοις ἐν διώρυγι τοῦ Νείλου κειμένην· [εἶτ'] εἰς Ἀλεξάνδρειαν. πάλιν ἐκ τῆς Λευκῆς κώμης ὁ Γάλλος ἀναζεύξας τὴν στρατιὰν διὰ τοιούτων ᾔει χωρίων, ὥστε καὶ ὕδωρ καμήλοις κομίζειν μοχθηρίᾳ τῶν ἡγεμόνων τῆς ὁδοῦ· διό-

turum pollicitus, omnia insidiose egit; nam nec tutum iter nec expeditam navigationem monstravit, sed per avia et longos anfractus et loca omnium indiga et importuosa dorsa vel occultis cautibus aut cœnosis stagnis periculosa duxit; maximo autem damno fluxus et refluxus in ejusmodi præsertim regionibus afficiebant. In hoc primum peccatum fuit, quod longas naves construxerat, nullo nec præsenti nec futuro navali prœlio; etenim ne terra quidem valde bellicosi sunt Arabes (caupones potius ac mercatores), nedum mari. Atqui Ælius non minus quam octoginta construxerat biremes et triremes et phaselos apud Cleopatridem, quæ antiquæ Nili fossæ adjacet. Errore intellecto, fabricatus est onerarias naves centum triginta, quibus navigavit, ducens peditum Romanorum ex his, qui in Ægypto erant, et sociorum circiter decem millia, quibus Judæi quingenti et Nabatæi mille cum Syllæo intererant. Tandem post multas ærumnas quintodecimo die in Album pagum pervenit, magnum Nabatæorum emporium, multis navigiis amissis, quorum nonnulla cum ipsis hominibus nullo bello, sed ob navigandi difficultates periere. Id Syllæi improbitas effecit, negantis terrestri itinere in Album pagum exercitum duci posse, quum ad eum et ab eo mercatores tanta camelorum et hominum multitudine tutum et commeatu probe instructum iter ad Petram et ex Petra urbe conficiant, ut nihil ab exercitu differant.

24. Hæc autem ideo contigere Gallo, quia rex Obodas nihil admodum de communibus rebus, præsertim bellicis, sollicitus erat (quod omnibus Arabum regibus commune vitium est), sed omnia Syllæi procuratoris potentiæ commiserat. Is autem omnia dolo agebat, cupiens (ut opinor) regionem perlustrare, et Romanis in urbibus aliquot ac gentibus subigendis adesse, deinde his absumptis morbo, fame, labore et ceteris quæ struxerat malis, ipse universa ea possidere. Gallus igitur ad Album pagum appulit jam exercitu oris et crurum vitiis (qui morbi sunt ei regioni familiares) tacto: stomacaccen et scelotyrben dicunt; quorum illa circa os, hæc circa crura resolutio quædam est ob aquas et herbas proveniens. Æstatem itaque ac hiemem ibi agere coactus est, dum reficeret infirmos. Ex Albo pago in Petram, ex Petra Rhinocolura, quæ in Phœnicia est juxta Ægyptum, merces solent portari, atque hinc in alia loca; nunc tamen pars maxima per Nilum Alexandriam vehitur. Scilicet ex Arabia et Indica merces in Myoshormum deportantur, hinc camelis Coptum transferuntur, in Thebaide sitam ad fossam Nili; inde vero Alexandriam. Enimvero Gallus ex Albo pago cum exercitu digressus, per ejusmodi loca profectus est, ut camelis aquam portare cogeretur; quod ei malitia ductorum

περ πολλαῖς ἡμέραις ἧκεν εἰς τὴν Ἀρέτα γῆν, συγγενοῦς τῷ Ὀβόδᾳ· ἐδέξατο μὲν οὖν αὐτὸν Ἀρέτας φιλικῶς καὶ δῶρα προσήνεγκεν, ἡ δὲ τοῦ Συλλαίου προδοσία χαλεπὴν ἐποίησε τὴν χώραν δυσπόρευτον· τριάκοντα γοῦν ἡμέραις διῆλθεν αὐτήν, ζειὰς καὶ φοίνικας ὀλίγους παρέχουσαν καὶ βούτυρον ἀντ' ἐλαίου, διὰ τὰς ἀνοδίας· ἡ δ' ἑξῆς, ἣν ἐπῄει, Νομάδων ἦν καὶ ἔρημος τὰ πολλὰ ὡς ἀληθῶς, ἐκαλεῖτο δὲ Ἀραρηνή· βασιλεὺς δ' ἦν Σάβως· καὶ ταύτην ἀνοδίαις διῆλθε κατατρίψας ἡμέρας πεντήκοντα μέχρι πόλεως Νεγράνων καὶ χώρας εἰρηνικῆς τε καὶ ἀγαθῆς· ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς ἔφυγεν, ἡ δὲ πόλις ἐξ ἐφόδου κατελήφθη· ἐκεῖθεν ἡμέραις ἓξ ἧκεν ἐπὶ τὸν ποταμόν. συναψάντων δ' αὐτόθι τῶν βαρβάρων εἰς μάχην, περὶ μυρίους αὐτῶν ἔπεσον, τῶν δὲ Ῥωμαίων δύο· ἐχρῶντο γὰρ ἀπείρως τοῖς ὅπλοις, ἀπόλεμοι τελέως ὄντες, τόξοις τε καὶ λόγχαις [καὶ] ξίφεσι καὶ σφενδόναις, οἱ πλεῖστοι δ' αὐτῶν ἀμφιστόμοις πελέκεσιν· εὐθὺς δὲ καὶ τὴν πόλιν εἷλε καλουμένην Ἀσκᾶ, † συλληφθεῖσαν ὑπὸ τοῦ βασιλέως. ἐντεῦθεν εἰς Ἄθρουλα πόλιν ἧκε, [καὶ] κρατήσας αὐτῆς ἀκονιτί, φρουρὰν ἐμβαλὼν καὶ παρασκευάσας [ἐφόδια] σίτου καὶ φοινίκων εἰς πόλιν Μαρσίαβα προῆλθεν ἔθνους τοῦ Ῥαμμανιτῶν, οἳ ἦσαν ὑπὸ Ἰλασάρῳ. ἓξ μὲν οὖν ἡμέρας προσβαλὼν ἐπολιόρκει, λειψυδρίας δ' οὔσης ἀπέστη· δύο μὲν οὖν ἡμερῶν ὁδὸν ἀπέσχε τῆς ἀρωματοφόρου, καθάπερ τῶν αἰχμαλώτων ἀκούειν ἦν. ἓξ δὲ μηνῶν χρόνον ἐν ταῖς ὁδοῖς κατέτριψε, φαύλως ἀγόμενος· ἔγνω δ' ἀναστρέφων, ὀψὲ τὴν ἐπιβουλὴν (καὶ) καταμαθὼν καὶ καθ' ἑτέρας ὁδοὺς ἐπανελθών· ἐνναταῖος μὲν γὰρ εἰς Νέγρανα ἧκεν, ὅπου ἡ μάχη συμβεβήκει, ἑνδεκαταῖος δ' ἐκεῖθεν εἰς Ἑπτὰ φρέατα καλούμενα ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος· ἐντεῦθεν ἤδη δι' εἰρηνικῆς εἰς Χάαλλα κώμην καὶ πάλιν ἄλλην Μαλόθαν πρὸς ποταμῷ κειμένην ἀφικνεῖται· εἶτα δι' ἐρήμης ὀλίγα ὑδρεῖα ἐχούσης ὁδὸς μέχρι Ἐγρᾶς κώμης· ἔστι δὲ τῆς Ὀβόδα· κεῖται δ' ἐπὶ θαλάττης· τὴν δὲ πᾶσαν ὁδὸν ἑξηκοσταῖος ἐξήνυσε κατὰ τὴν ἐπάνοδον, ἀναλώσας ἓξ μῆνας ἐν τῇ ἐξ ἀρχῆς ὁδῷ· ἐντεῦθεν δ' ἐπεραίωσε τὴν στρατιὰν ἑνδεκαταῖος εἰς Μυὸς ὅρμον, εἶθ' ὑπερθεὶς εἰς Κοπτὸν μετὰ τῶν σωθῆναι δυναμένων κατῆρεν εἰς Ἀλεξάνδρειαν· τοὺς δ' ἄλλους ἀπέβαλεν, οὐχ ὑπὸ πολεμίων, ἀλλὰ νόσων καὶ κόπων καὶ λιμοῦ καὶ μοχθηρίας τῶν ὁδῶν· ἐπεὶ κατὰ πόλεμον ἑπτά γε μόνους διαφθαρῆναι συνέβη. δι' ἃς αἰτίας οὐδ' ἐπὶ πολὺ πρὸς τὴν γνῶσιν τῶν τόπων ὤνησεν ἡ στρατεία αὕτη· μικρὰ δ' ὅμως συνήργησεν. ὁ δ' αἴτιος τούτων ὁ Συλλαῖος ἔτισε δίκας ἐν Ῥώμῃ, προσποιούμενος μὲν φιλίαν, ἐλεγχθεὶς δὲ πρὸς ταύτῃ τῇ πονηρίᾳ καὶ ἄλλα κακουργῶν καὶ ἀποτμηθεὶς τὴν κεφαλήν.

25. Τὴν μὲν οὖν ἀρωματοφόρον διαιροῦσιν εἰς τέτταρας μερίδας, ὥσπερ εἰρήκαμεν· τῶν ἀρωμάτων δὲ λίβανον μὲν καὶ σμύρναν ἐκ δένδρων γίνεσθαί φασι* κασίαν δὲ καὶ ἐκ λιμνῶν· τινὲς δὲ τὴν πλείω ἐξ Ἰνδῶν εἶναι, τοῦ δὲ λιβάνου βέλτιστον τὸν πρὸς τῇ Περσίδι. κατ' ἄλλην δὲ διαίρεσιν σύμπασαν τὴν Εὐδαίμονα

evenit. Quare post multos demum dies in Aretæ terram pervenit, qui Obodæ affinitate conjunctus erat. Is Gallum amice suscepit, et dona obtulit; sed Syllæi proditio et hanc regionem difficilem transitu reddidit. Eam itaque diebus triginta permeavit per loca invia, spelta et palmulis non multis et butyro pro oleo usus. Quam vero deinceps adibat, Nomadum erat, et revera magna ex parte deserta; ea Ararena dicebatur; rex erat Sabus; peragravit eam diebus quinquaginta consumptis per invia itinera usque ad urbem Negranorum et pacatam et fertilem regionem; eorum rex aufugit, urbs primo adortu capta est. Hinc post sextum diem ad flumen pervenit. Ibi barbari instructa acie occurrerunt, e quibus ad decem millia ceciderunt, ex Romanis duo tantum desiderati sunt. Nam omnino imbelles erant, et armis imperite utebantur, arcu et lancea et gladio et funda et magna ex parte bipennibus. Mox etiam urbem cepit nomine Asca, a rege derelictam [ἀπολειφθεῖσαν]. Hinc ad Athrula urbem venit, quam nullo negotio cepit, et præsidio firmavit; et frumenti palmularumque viatico comparato, Marsiaba (*Mariaba?*) processit, urbem Rhammanitarum, qui sub Ilasaro erant. Eam adortus, sex diebus obsedit, postea aquæ inopia coactus destitit ab incepto. Duorum tantum dierum itinere se abesse a regione aromatifera, e captivis intelligebat. Ceterum sex menses contriverat in his itineribus, culpa ductorum; id enim cognovit in reditu, sero fraudem deprehendens, quum per alias vias reverteretur; nam nonis castris Negrana (Anagrana *codd.*) pervenit, ubi prœlium commissum fuerat; undecimis deinde ad Septem puteos, a re ipsa sic nominatos; hinc jam per loca pacata in pagum Chaalla, post in alium nomine Malotham ad flumen positum; postea per deserta non multum aquæ habentia usque in vicum Egram, qui sub Oboda est, et ad mare jacet. Totum in reditu iter diebus sexaginta confecit, in quo prius sex menses consumpserat. Hinc Myoshormum exercitum diebus undecim trajecit, indeque Coptum, transgressus, cum utilibus adhuc copiis Alexandriam devectus est; ceteros non bello, sed fame, labore, morbo et itinerum difficultate amiserat; nam septem dumtaxat in bello perierant. Ita non multum neque hæc expeditio profuit ad locorum cognitionem, nonnihil tamen adjuvit. Auctor horum Syllæus pœnas dedit Romæ, qui quum amicitiam simularet, sed præter hanc perfidiam aliorum etiam facinorum convinceretur, securi percussus est.

25. Aromatiferam regionem in partes quattuor (ut ante dictum est) dividunt. De aromatibus thus et myrrham ex arboribus esse dicunt, *cinnamomum e fruticibus*, casiam etiam e lacubus. Plurimam nonnulli dicunt ex India afferri, thus vero optimum apud Persidem nasci. Alii totam felicem Arabiam in quinque regna partiuntur, quorum

πενταχῇ σχίζουσιν εἰς βασιλείας, ὧν ἡ μὲν τοὺς μαχίμους ἔχει καὶ προαγωνιστὰς ἁπάντων, ἡ δὲ τοὺς γεωργούς, παρ' ὧν ὁ σῖτος εἰς τοὺς ἄλλους εἰσάγεται, ἡ δὲ τοὺς βαναυσοτεχνοῦντας, καὶ ἡ μὲν σμυρνοφόρος, ἡ δὲ λιβανωτοφόρος· αἱ δ' αὐταὶ καὶ τὴν κασίαν καὶ τὸ κιννάμωμον καὶ τὴν νάρδον φέρουσι· παρ' ἀλλήλων δ' οὐ μεταφοιτᾷ τὰ ἐπιτηδεύματα, ἀλλ' ἐν τοῖς πατρίοις διαμένουσιν ἕκαστοι. οἶνος δ' ἐκ φοινίκων ὁ πλείων. ἀδελφοὶ τιμιώτεροι τῶν τέκνων· κατὰ πρεσβυγένειαν καὶ βασιλεύουσιν οἱ ἐκ τοῦ γένους καὶ ἄλλας ἀρχὰς ἄρχουσι· κοινὴ κτῆσις ἅπασι τοῖς συγγενέσι, κύριος δὲ ὁ πρεσβύτατος· μία δὲ καὶ γυνὴ πᾶσιν, ὁ δὲ φθάσας εἰσιὼν μίγνυται, προθεὶς τῆς θύρας τὴν ῥάβδον· ἑκάστῳ γὰρ δεῖν ῥαβδοφορεῖν ἔθος· νυκτερεύει δὲ παρὰ τῷ πρεσβυτάτῳ· διὸ καὶ πάντες ἀδελφοὶ πάντων εἰσί· μίγνυνται δὲ καὶ μητράσι· μοιχῷ δὲ ζημία θάνατος· μοιχὸς δ' ἐστὶν ὁ ἐξ ἄλλου γένους. θυγάτηρ δὲ τῶν βασιλέων τινὸς θαυμαστὴ τὸ κάλλος, ἔχουσα ἀδελφοὺς πεντεκαίδεκα ἐρῶντας αὐτῆς πάντας, καὶ διὰ τοῦτ' ἀδιαλείπτως ἄλλον ἐπ' ἄλλῳ παριόντα ὡς αὐτήν, κάμνουσα ἤδη, παραδέδοται νοήματι χρήσασθαι τοιούτῳ· ποιησαμένη ῥάβδους ὁμοίας ταῖς ἐκείνων, ὅτ' ἐξίοι παρ' αὐτῆς τις, ἀεί τινα προὐτίθει τῆς θύρας τὴν ὁμοίαν ἐκείνῃ, καὶ μικρὸν ὕστερον ἄλλην, εἶτ' ἄλλην, στοχαζομένη, ὅπως μὴ ἐκείνῃ τὴν παραπλησίαν ἔχοι ὁ μέλλων προσιέναι· καὶ δὴ πάντων ποτὲ κατ' ἀγορὰν ὄντων, ἕνα προσιόντα τῇ θύρᾳ καὶ ἰδόντα τὴν ῥάβδον, ἐκ μὲν ταύτης εἰκάσαι, διότι παρ' αὐτήν τις εἴη· ἐκ δὲ τοῦ τοὺς ἀδελφοὺς πάντας ἐν τῇ ἀγορᾷ καταλιπεῖν ὑπονοῆσαι μοιχόν· δραμόντα δὲ πρὸς τὸν πατέρα καὶ ἐπαγαγόντα ἐκεῖνον ἐλεγχθῆναι καταψευσάμενον τῆς ἀδελφῆς.

26. Σώφρονες δ' εἰσὶν οἱ Ναβαταῖοι καὶ κτητικοί, ὥστε καὶ δημοσίᾳ τῷ μὲν μειώσαντι τὴν οὐσίαν ζημία κεῖται, τῷ δ' αὐξήσαντι τιμαί. ὀλιγόδουλοι δ' ὄντες ὑπὸ τῶν συγγενῶν διακονοῦνται τὸ πλέον ἢ ὑπ' ἀλλήλων ἢ αὐτοδιάκονοι, ὥστε καὶ μέχρι τῶν βασιλέων διατείνειν τὸ ἔθος. συσσίτια δὲ ποιοῦνται κατὰ τρισκαίδεκα ἀνθρώπους, μουσουργοὶ δὲ δύο τῷ συμποσίῳ ἑκάστῳ. ὁ δὲ βασιλεὺς ἐν οἴκῳ μεγάλῳ πολλὰ συνέχει συμπόσια· πίνει δ' οὐδεὶς πλέον τῶν ἕνδεκα ποτηρίων ἄλλῳ καὶ ἄλλῳ χρυσῷ ἐκπώματι. οὕτω δ' ὁ βασιλεὺς ἐστι δημοτικός, ὥστε πρὸς τῷ αὐτοδιακόνῳ καὶ † τὸ ἀντιδιάκονον τοῖς ἄλλοις καὶ αὐτὸν γίνεσθαι· πολλάκις δὲ καὶ ἐν τῷ δήμῳ δίδωσιν εὐθύνας, ἔσθ' ὅτε καὶ ἐξετάζεται τὰ περὶ τὸν βίον· οἰκήσεις δὲ διὰ λίθου πολυτελεῖς, αἱ δὲ πόλεις ἀτείχιστοι δι' εἰρήνην· εὔκαρπος ἡ πολλὴ πλὴν ἐλαίου, χρῶνται δὲ σησαμίνῳ. πρόβατα λευκότριχα, βόες μεγάλοι, ἵππων ἄφορος ἡ χώρα· κάμηλοι δὲ τὴν ὑπουργίαν ἀντ' ἐκείνων παρέχονται· ἀχίτωνες δ' ἐν περιζώμασι καὶ βλαυτίοις προΐασι, καὶ οἱ βασιλεῖς, ἐν πορφύρᾳ δ' οὗτοι· εἰσαγώγιμα δ' ἐστὶ τὰ μὲν τελέως, τὰ δ' οὐ παντελῶς, ἄλλως τε καὶ ἐπιχωριάζει, καθάπερ χρυσὸς καὶ ἄργυρος καὶ τὰ πολλὰ τῶν ἀρωμάτων· χαλκὸς δὲ καὶ σίδηρος καὶ ἔτι πορφυ-

aliud bellatores et omnium propugnatores habet; aliud agricolas, a quibus frumentum ad ceteros importatur; aliud eos, qui opificia et artes sedentarias tractant; aliud myrrham fert, aliud vero thus; eadem tamen et casiam et cinnamomum et nardum ferunt. Artes ac studia ab alio in alium non transferuntur, sed quique in patriis permanent institutis. Vinum magna ex parte ex palmulis conficitur. Fratres honore filios antecedunt. Secundum primogenituram reges quoque et ceteri magistratus ex eadem gente sibi succedunt; quæ possident, omnibus consanguineis sunt communia, sed natu grandior dominus est. Una omnibus uxor; qui prior ingreditur, posito ante januam baculo, cum ea congreditur (nam in more habent, ut quisque baculum gestet), pernoctat vero uxor cum natu maximo; quapropter omnes omnium sunt *fratres*; coeunt etiam cum matribus; adulterio supplicium est mors; is autem adulter censetur, qui ex alio genere est. Regis cujusdam filia mira pulchritudine, quum fratres quindecim haberet, qui omnes eam amarent, et propterea alius post alium continue ad eam ingrederentur: jam defessa, hujusmodi traditur usa arte; baculos fecit baculis eorum persimiles, et prout quisque ab ea exiret, continuo baculum aliquem similem ante januam ponebat, et paulo post alium, cavens, ne, qui esset ingressurus, illi similem haberet. Quum itaque aliquando omnes in foro essent, unus ad januam accedens et baculum videns, putavit ex hoc, aliquem intus cum ea esse, quia autem fratres omnes in foro reliquisset, adulterum suspicatus ad patrem accurrit, atque huc eum adducens convictus est sororem falso criminari.

26. Nabatæi quidem continentes sunt, et rei parandæ atque conservandæ intenti; quare qui opes suas imminuit, publice multatur, qui auget, honore afficitur. Quia pauci apud eos serviunt, frequentius consanguinei ministrant, vel alter alteri, vel quisque sibi, ut etiam ad reges hic mos perveniat. Conviviis adhibent tredecim homines; cuique convivio bini adsunt, qui musicam exercent; rex vero in aula magna plures mensas simul instruit; nemo supra undecim pocula exhaurit; alio atque alio aureo poculo id fit. Adeo rex popularis est, ut non modo ipse sibi ministret, sed interdum etiam (καί ποτ') aliis ministret. Sæpe etiam apud populum rationes reddit; nonnunquam etiam in ejus vitam inquiritur. Domus sunt ex lapide pretioso, urbes sine mœnibus; nam in pace degunt. Regio omnium ferax, præter oleum; utuntur autem oleo sesamino. Oves sunt albæ, boves magni, equos non habent, sed cameli implent eorum officium. Homines non gestant tunicas, sed in subligaculis et sandalis incedunt, ipsi etiam reges, hi tamen purpurati. Rerum aliæ omnino importantur, quædam minime, propterea maxime quod (ὅτι ἐπιχ.?) indigena sint, ut aurum, argentum et plurima ex aromatibus; æs vero

ρᾶ ἐσθής, στύραξ, κρόκος, κοστάρια, τόρευμα, γραφή, πλάσμα οὐκ ἐπιχώρια· ἴσα κοπρίαις ἡγοῦνται τὰ νεκρὰ σώματα, καθάπερ Ἡράκλειτός φησι· Νέκυες κοπρίων ἐκβλητότεροι· διὸ καὶ παρὰ τοὺς κοπρῶνας κατορύττουσι καὶ τοὺς βασιλεῖς. ἥλιον τιμῶσιν ἐπὶ τοῦ δώματος ἱδρυσάμενοι βωμόν, σπένδοντες ἐν αὐτῷ καθ' ἡμέραν καὶ λιβανωτίζοντες.

27. Τοῦ δὲ ποιητοῦ λέγοντος,

Αἰθίοπάς θ' ἱκόμην καὶ Σιδονίους καὶ Ἐρεμβούς,

διαποροῦσι, καὶ περὶ τῶν Σιδονίων μέν, εἴτε τινὰς χρὴ λέγειν τῶν ἐν τῷ Περσικῷ κόλπῳ κατοικούντων, ὧν ἄποικοι οἱ παρ' ἡμῖν Σιδόνιοι, καθάπερ καὶ Τυρίους τινὰς ἐκεῖ νησιώτας ἱστοροῦσι καὶ Ἀραδίους, ὧν ἀποίκους τοὺς παρ' ἡμῖν φασιν, εἴτ' αὐτοὺς τοὺς Σιδονίους· ἀλλὰ μᾶλλον περὶ τῶν Ἐρεμβῶν ἡ ζήτησις, εἴτε τοὺς Τρωγλοδύτας ὑπονοητέον λέγεσθαι, καθάπερ οἱ τὴν ἐτυμολογίαν βιαζόμενοι ἀπὸ τοῦ εἰς τὴν ἔραν ἐμβαίνειν, ὅπερ ἐστὶν εἰς τὴν γῆν, εἴτε τοὺς Ἄραβας. ὁ μὲν οὖν Ζήνων ὁ ἡμέτερος μεταγράφει οὕτως·

καὶ Σιδονίους Ἄραβάς τε.

πιθανώτερον δὲ Ποσειδώνιος γράφει τῷ παρὰ μικρὸν ἀλλάξαι

καὶ Σιδονίους καὶ Ἀραμβούς,

ὡς τοῦ ποιητοῦ τοὺς νῦν Ἄραβας οὕτω καλέσαντος, καθάπερ καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων ὠνομάζοντο κατ' αὐτόν. φησὶ δὲ ταῦτα τρία ἔθνη, συνεχῆ ἀλλήλοις ἱδρυμένα, ὁμογένειάν τινα ἐμφαίνειν πρὸς ἄλληλα, καὶ διὰ [τοῦ]το παρακειμένοις ὀνόμασι κεκλῆσθαι, τοὺς μὲν Ἀρμενίους, τοὺς δὲ Ἀραμαίους, τοὺς δὲ Ἀραμβούς· ὥσπερ δὲ ἀπὸ ἔθνους [ἑνὸς] ὑπολαμβάνειν ἐστὶν εἰς τρία διῃρῆσθαι κατὰ τὰς τῶν κλιμάτων διαφορὰς ἀεὶ καὶ μᾶλλον ἐξαλλαττομένων, οὕτω καὶ τοῖς ὀνόμασι χρήσασθαι πλείοσιν ἀνθ' ἑνός. οὐδ' οἱ Ἐρεμνοὺς γράφοντες πιθανοί· τῶν γὰρ Αἰθιόπων μᾶλλον ἴδιον. λέγει δὲ καὶ τοὺς Ἀρίμους ὁ ποιητής, οὕς φησι Ποσειδώνιος δέχεσθαι δεῖν μὴ τόπον τινὰ τῆς Συρίας ἢ τῆς Κιλικίας ἢ ἄλλης τινὸς γῆς, ἀλλὰ τὴν Συρίαν αὐτήν· Ἀραμαῖοι γὰρ οἱ ἐν αὐτῇ· τάχα δ' οἱ Ἕλληνες Ἀριμαίους ἐκάλουν ἢ Ἀρίμους. αἱ δὲ τῶν ὀνομάτων μεταπτώσεις, καὶ μάλιστα τῶν βαρβαρικῶν, πολλαί· καθάπερ τὸν Δαριήκην Δαρεῖον ἐκάλεσαν, τὴν δὲ Φάρζιριν Παρύσατιν, Ἀταργάτιν δὲ τὴν Ἀθάραν· Δερκετὼ δ' αὐτὴν Κτησίας καλεῖ. τῆς δὲ τῶν Ἀράβων εὐδαιμονίας καὶ Ἀλέξανδρον ἄν τις ποιήσαιτο μάρτυρα τὸν διανοηθέντα, ὥς φασι, καὶ βασίλειον αὐτὴν ποιήσασθαι μετὰ τὴν ἐξ Ἰνδῶν ἐπάνοδον. πᾶσαι μὲν οὖν αἱ ἐπιχειρήσεις αὐτοῦ κατελύθησαν, τελευτήσαντος παραχρῆμα τὸν βίον· μία δ' οὖν καὶ αὕτη τῶν ἐπιχειρήσεων ἦν, εἰ μὲν ἑκόντες παραδέχοιντο αὐτόν· εἰ δὲ μή, ὡς πολεμήσοντος· καὶ δὴ ὁρῶν μήτε πρότερον μήθ' ὕστερον πέμψαντας ὡς αὐτὸν πρέσβεις, παρεσκευάζετο πρὸς τὸν πόλεμον, ὥσπερ εἰρήκαμεν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν.

et ferrum et vestem purpuream et styracem et crocum et costum, porro cælaturas, tabulas et signa, aliunde habent. Mortua corpora haud majoris quam stercus putant (quo sensu Heraclitus dixit : cadavera hominum magis abjicienda foras quam stercus), quapropter reges etiam in sterquiliniis defodiuntur. Solem colunt, ara super domum excitata, et quotidie in ea libant ac thus adolent.

27. Jam quum poeta dicat,

Veni et ad Æthiopes et Sidonios et Erembos,

quæritur, quinam intelligendi sint. Ac de Sidoniis quidem controversia est, num in Persico sinu habitantes dici debeant, quorum coloni sint Sidonii nostri, quemadmodum et Tyrios quosdam ibi insulares tradunt, et Aradios, quorum coloniæ Aradus nostra et Tyrus sint. Sed major quæstio de Erembis est, an Troglodytæ intelligi debeant (quod vi originis vocabuli quidam pervincere volunt, inde Erembos dici autumantes, quod ἔραν, i. e. terram, subeant), an Arabes. Ac noster Zeno sic scripturam mutat :

et Sidonios Arabesque.

Probabilius vero Posidonius levi mutatione scribit

et Sidonios et Arambos (Erembos *codd.*),

ita ut poeta Arabes quos nunc dicimus, sic vocaverit, quemadmodum a ceteris quoque ipsius ætate appellarentur. Dicit etiam has tres nationes, continenter inter se positas, cognationem quandam ostendere et propterea affinibus nominibus affici, Armenios scilicet, Arabes et Arambos (Erembos *codd.*). Et quemadmodum existimandum sit, unam gentem in tres esse divisam, pro climatum diversitatibus magis magisque immutatam : sic et nominibus pluribus uti pro uno. Neque audiendi sunt, qui Ἐρεμνούς, hoc est nigros, scribunt; id enim magis Æthiopibus convenit. Nominat etiam Arimos Homerus (*Il.* 2,783), quod Posidonius docet esse accipiendum, non de loco aliquo Syriæ vel Ciliciæ vel alius terræ, sed de Syria ipsa. Aramæi enim sunt, qui in ea habitant, et fortasse Græci eos Arimæos vel Arimos vocabant. Nominum enim mutationes permultæ sunt, præsertim barbaricorum, quemadmodum Dariecem Darium, et Pharzirim Parysatim, Atharam vero Atargatin dixerunt : hanc Ctesias Derceto vocavit. Ceterum Arabum opulentiæ testem laudare licet etiam Alexandrum, qui eam (ut fertur) regiam efficere constituerat post reditum ex India. Sed omnia ejus consilia mors subito accidens irrita fecit; et quidem unum ex iis, quæ ille moliebatur, erat Arabiam occupare, vel sua sponte recipientibus Arabibus, vel bello coactis. Itaque quum eos videret nec prius nec posterius legatos misisse, ad bellum se jam parabat, sicut supra ostendimus.

ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ ΕΠΤΑΚΑΙΔΕΚΑΤΟΝ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Τὸ ἑπτακαιδέκατον περιέχει Αἴγυπτον πᾶσαν καὶ Λιβύην πᾶσαν.

ΚΕΦ. Α'.

Ἐπεὶ δὲ τὴν Ἀραβίαν ἐφοδεύοντες καὶ τοὺς κόλπους συμπεριελάβομεν τοὺς σφίγγοντας αὐτὴν καὶ ποιοῦντας χερρόνησον, τὸν Περσικὸν καὶ τὸν Ἀράβιον, τούτῳ δέ τινα συμπεριωδεύθη καὶ τῆς Αἰγύπτου καὶ τῆς Αἰθιοπίας, τὰ τῶν Τρωγλοδυτῶν καὶ τῶν ἑξῆς μέχρι τῶν ἐσχάτων τῆς κινναμωμοφόρου· τὰ λειπόμενα καὶ συνεχῆ τοῖς ἔθνεσι τούτοις, ταῦτα δ' ἐστὶ τὰ περὶ τὸν Νεῖλον, ἐκθετέον· μετὰ δὲ ταῦτα τὴν Λιβύην ἔπιμεν, ἥπερ ἐστὶ λοιπὴ τῆς συμπάσης γεωγραφίας. κἀνταῦθα δ' Ἐρατοσθένους ἀποφάσεις προεκθετέον.

2. Φησὶ δὴ τοῦ Ἀραβίου κόλπου πρὸς τὴν ἑσπέραν ἐνναχοσ[ίους ἢ] χιλίους σταδίους διέχειν τὸν Νεῖλον, παραπλήσιον ὄντα (κατὰ τὸ στόμα) τῷ γράμματι τῷ Ν κειμένῳ ἀνάπαλιν. ῥυεὶς γάρ, φησίν, ἀπὸ Μερόης ἐπὶ τὰς ἄρκτους ὡς δισχιλίους καὶ ἑπτακοσίους σταδίους, πάλιν ἀναστρέφει πρὸς μεσημβρίαν καὶ τὴν χειμερινὴν δύσιν ὡς τρισχιλίους καὶ ἑπτακοσίους σταδίους, καὶ σχεδὸν ἀντάρας τοῖς κατὰ Μερόην τόποις καὶ εἰς τὴν Λιβύην πολὺ προπεσὼν καὶ τὴν ἑτέραν ἐπιστροφὴν ποιησάμενος πρὸς τὰς ἄρκτους φέρεται πεντακισχιλίους μὲν καὶ τριακοσίους σταδίους ἐπὶ τὸν μέγαν καταράκτην, μικρὸν παρεπιστρέφων πρὸς τὴν ἕω, χιλίους δὲ καὶ διακοσίους τοὺς ἐπὶ τὸν ἐλάττω τὸν κατὰ Συήνην, πεντακισχιλίους δὲ ἄλλους καὶ τριακοσίους ἐπὶ τὴν θάλατταν. ἐμβάλλουσι δ' εἰς αὐτὸν δύο ποταμοί, φερόμενοι μὲν ἔκ τινων λιμνῶν ἀπὸ τῆς ἕω, περιλαμβάνοντες δὲ νῆσον εὐμεγέθη τὴν Μερόην· ὧν ὁ μὲν Ἀσταβόρας καλεῖται κατὰ τὸ πρὸς ἕω πλευρὸν ῥέων, ἅτερος δ' Ἀστάπους·· οἱ δ' Ἀστασόβαν καλοῦσι, τὸν δ' Ἀστάπουν ἄλλον εἶναι, ῥέοντα ἔκ τινων λιμνῶν ἀπὸ μεσημβρίας, καὶ σχεδὸν τὸ κατ' εὐθεῖαν σῶμα τοῦ Νείλου τοῦτον ποιεῖν· τὴν δὲ πλήρωσιν αὐτοῦ τοὺς θερινοὺς ὄμβρους παρασκευάζειν. ὑπὲρ δὲ τὰς συμβολὰς τοῦ Ἀσταβόρα καὶ τοῦ Νείλου σταδίοις ἑπτακοσίοις Μερόην εἶναι πόλιν ὁμώνυμον τῇ νήσῳ· ἄλλην δ' εἶναι νῆσον ὑπὲρ τῆς Μερόης, ἣν ἔχουσιν οἱ Αἰγυπτίων φυγάδες οἱ ἀποστάντες ἐπὶ Ψαμμιτίχου, καλοῦνται δὲ Σεμβρῖται, ὡς ἂν ἐπήλυδες· βασιλεύονται δὲ ὑπὸ γυ-

STRABONIS GEOGRAPHICORUM LIBER DECIMUS SEPTIMUS.

ARGUMENTUM.

Liber septimus decimus complectitur omnem et Ægyptum et Libyam.

CAP. I.

Quum in Arabiæ descriptione sinus eos una enarraverimus, qui eam stringunt ac peninsulam faciunt, Persicum scilicet atque Arabicum, eoque etiam Ægypti et Æthiopiæ partem aliquam lustraverimus, Troglodyticen scilicet ac sequentia usque ad extrema terræ cinnamomiferæ: nunc reliqua iisque gentibus continua explicanda sunt, nimirum quæ circa Nilum jacent; post hæc Libyam, quæ totius geographiæ summam absolvat, percurremus; primo autem loco hic quoque Eratosthenis sententiæ exponendæ sunt.

2. Dicit igitur Nilum ab Arabico sinu occidentem versus distare nongenta vel mille (ἐνναχισχιλίους *codd.*) stadia, et similem esse N literæ inversæ. Nilus enim, inquit, postquam fluxit a Meroe versus septentrionem ad bis mille et septingenta stadia, vertitur ad meridiem et hibernum occasum ad stadia ter mille et septingenta, ac prope obversus locis circa Meroen, inque Africam pleno alveo delatus, rursum inflexus versus septentrionem quinquies mille et trecenta stadia currit usque ad magnum catarrhacten, paululum versus ortum declinans; hinc stadia mille et ducenta usque ad minorem catarrhacten, qui est Syenæ vicinus: inde rursum quinquies mille et trecenta stadia usque ad mare. Excipit Nilus duo flumina e lacubus quibusdam ab oriente delata, et Meroen, permagnam insulam, complectentia; quorum alterum dicitur Astaboras, ad orientale latus fluens, alterum Astapus, quod nonnulli Astasobam vocant, Astapum vero alium esse fluvium, qui e lacubus quibusdam a meridie labatur, atque hunc fere rectum Nili corpus efficere; augeri autem ab æstivis imbribus. Supra Astaboræ et Nili concursum ad stadia septingenta Meroen urbem esse, eodem nomine, quo insulam; aliam vero supra Meroen esse insulam, quam Ægyptiorum exsules incolunt, qui a (ἀπὸ) Psammiticho desciverunt, et Sembritæ, id est advenæ, nominantur; reginam habent, quæ

ναικός, ὑπακούουσι δὲ τῶν ἐν Μερόῃ. τὰ δὲ κατωτέρω ἑκατέρωθεν Μερόης, παρὰ μὲν τὸν Νεῖλον πρὸς τὴν Ἐρυθρὰν Μεγάβαροι καὶ Βλέμμυες, Αἰθιόπων ὑπακούοντες, Αἰγυπτίοις δ' ὅμοροι· παρὰ θάλατταν δὲ Τρωγλοδύται· διεστᾶσι δὲ εἰς δέκα ἢ δώδεκα ἡμερῶν ὁδὸν οἱ κατὰ τὴν Μερόην Τρωγλοδύται τοῦ Νείλου. ἐξ ἀριστερῶν δὲ τῆς ῥύσεως τοῦ Νείλου Νοῦβαι κατοικοῦσιν ἐν τῇ Λιβύῃ, μέγα ἔθνος, ἀπὸ τῆς Μερόης ἀρξάμενοι μέχρι τῶν ἀγκώνων, οὐχ ὑποταττόμενοι τοῖς Αἰθίοψιν, ἀλλ' ἰδίᾳ κατὰ πλείους βασιλείας διειλημμένοι. τῆς δ' Αἰγύπτου τὸ παρὰ τὴν θάλαττάν ἐστιν ἀπὸ τοῦ Πηλουσιακοῦ στόματος πρὸς τὸ Κανωβικὸν στάδιοι (τρισ)χίλιοι τριακόσιοι. Ἐρατοσθένης μὲν οὖν οὕτως.

3. Δεῖ δὲ ἐπὶ πλέον εἰπεῖν, καὶ πρῶτον τὰ περὶ τὴν Αἴγυπτον, ὅπως ἀπὸ τῶν γνωριμωτέρων ἐπὶ τὰ ἑξῆς προΐωμεν. κοινὰ μὲν γάρ τινα καὶ ταύτῃ τῇ χώρᾳ καὶ τῇ συνεχεῖ καὶ ὑπὲρ αὐτὴν τῇ τῶν Αἰθιόπων ὁ Νεῖλος παρασκευάζει, ποτίζων τε αὐτὰς κατὰ τὰς ἀναβάσεις καὶ τοῦτ' οἰκήσιμον αὐτῶν τὸ μέρος ἀπολείπων μόνον τὸ καλυπτόμενον ἐν ταῖς πλημμυρίσι, τὸ δ' ὑπερδέξιον καὶ μετεωρότερον τοῦ ῥεύματος πᾶν ἀοίκητον διεξιὼν ἑκατέρωθεν καὶ ἔρημον διὰ τὴν αὐτὴν ἀνυδρίαν. ἀλλὰ τὴν μὲν Αἰθιοπίαν οὔτε πᾶσαν διέξεισιν ὁ Νεῖλος οὔτε μόνος οὔτ' ἐπ' εὐθείας οὔτ' οἰκουμένην καλῶς· τὴν δὲ Αἴγυπτον καὶ μόνος καὶ πᾶσαν καὶ ἐπ' εὐθείας ἀπὸ τοῦ μικροῦ καταράκτου ὑπὲρ Συήνης καὶ Ἐλεφαντίνης ἀρξάμενος, οἵπερ εἰσὶν ὅροι τῆς Αἰγύπτου καὶ τῆς Αἰθιοπίας, ἕως τῶν ἐπὶ θάλατταν ἐκβολῶν (τοῦ Νείλου). καὶ μὴν οἵ γε Αἰθίοπες τὸ πλέον νομαδικῶς ζῶσι καὶ ἀπόρως διά τε τὴν λυπρότητα τῆς χώρας καὶ τὴν τῶν ἀέρων ἀσυμμετρίαν καὶ τὸν ἀφ' ἡμῶν ἐκτοπισμόν, τοῖς δ' Αἰγυπτίοις ἅπαντα τἀναντία συμβέβηκε· καὶ γὰρ πολιτικῶς καὶ ἡμέρως ἐξ ἀρχῆς ζῶσι καὶ ἐν γνωρίμοις ἵδρυνται τόποις, ὥστε καὶ αἱ διατάξεις αὐτῶν μνημονεύονται· καὶ ἐπαινοῦνταί γε, δοκοῦντες ἀξίως χρήσασθαι τῇ τῆς χώρας εὐδαιμονίᾳ, μερίσαντές τε εὖ καὶ ἐπιμεληθέντες. βασιλέα γὰρ ἀποδείξαντες τριχῇ τὸ πλῆθος διεῖλον, καὶ τοὺς μὲν στρατιώτας ἐκάλεσαν, τοὺς δὲ γεωργούς, τοὺς δὲ ἱερέας· καὶ τοὺς μὲν τῶν ἱερῶν ἐπιμελητάς, τοὺς δ' ἄλλους τῶν περὶ τὸν ἄνθρωπον· καὶ τοὺς μὲν [τὰ] ἐν τῷ πολέμῳ, τοὺς δ' ὅσα ἐν εἰρήνῃ, γῆν τε καὶ τέχνας ἐργαζομένους· ἀφ' ὧνπερ καὶ αἱ πρόσοδοι συνήγοντο τῷ βασιλεῖ. οἱ δ' ἱερεῖς καὶ φιλοσοφίαν ἤσκουν καὶ ἀστρονομίαν, ὁμιληταί τε τῶν βασιλέων ἦσαν. ἡ δὲ χώρα τὴν μὲν πρώτην διαίρεσιν εἰς νομοὺς ἔσχε, δέκα μὲν ἡ Θηβαΐς, δέκα δ' ἡ ἐν τῷ Δέλτα, ἑκκαίδεκα δ' ἡ μεταξύ (ὡς δέ τινες, τοσοῦτοι ἦσαν οἱ σύμπαντες νομοί, ὅσαι αἱ ἐν τῷ λαβυρίνθῳ αὐλαί· αὗται δ' ἐλάττους τῶν τριάκοντα)· πάλιν δ' οἱ νομοὶ τομὰς ἄλλας ἔσχον· εἰς γὰρ τοπαρχίας οἱ πλεῖστοι διῄρηντο, καὶ αὗται δ' εἰς ἄλλας τομάς· ἐλάχισται δ' αἱ ἄρουραι μερίδες. ἐδέησε δὲ τῆς ἐπ' ἀκριβὲς καὶ κατὰ λεπτὸν διαιρέσεως διὰ τὰς συνεχεῖς τῶν

regibus Meroes paret. Quæ infra Meroen sunt, secus Nilum ex utraque ejus parte mare Rubrum versus, Megabari et Blemmyes habitant, Æthiopum subditi, Ægyptiis finitimi, ad mare autem Troglodytæ, quorum qui juxta Meroen sunt, decem undecimve dierum itinere a Nilo distent; a sinistra vero cursus Nili habitant Nubæ, magna Libyæ gens, a Meroe incipientes usque ad Nili flexus, non hi Æthiopibus parentes, sed pro sese in complura regna divisi. Ægypti maritima sunt ab ore Pelusiaco ad Canopicum longitudine stadiorum mille et trecentorum. Hæc sunt quæ Eratosthenes tradidit.

3. Enimvero plenius istæc explicanda sunt, eaque primo quæ ad Ægyptum pertinent, ut a notioribus ad sequentia procedamus. Nilus quædam huic regioni et contiguæ Æthiopiæ, quæ supra jacet, præstat communia, quod suis eas incrementis rigat, et solum hanc partem habitabilem reddit, quæ ejus exundationibus tegitur, quicquid vero editius est, et fluento ipsius sublimius, id ab utraque parte desertum et ob aquæ penuriam cultoribus vacuum transit. Ceterum neque totam Æthiopiam Nilus permeat, nec in rectum nec solus nec bene habitatam; Ægyptum vero et solus et totam et in rectum a minore catarrhacte supra Syenen et Elephantinam incipiens, qui sunt Ægypti et Æthiopiæ fines, usque ad ostia in mare exeuntis. Ac sane Æthiopes certe magna ex parte pastoralem ac inopem vitam degunt, tum propter soli tenuitatem et aeris intemperiem, tum propterea, quod longe a nobis absunt; apud Ægyptios vero omnia contraria sunt; nam et civilem ac mansuetam vitam inde ab initio degunt, et in locis notis habitant, adeo ut etiam constitutiones eorum memorentur; atque etiam laudem eo invenerunt, quod videntur recte uti regionis ubertate, et bene divisam eam administratamque habere. Etenim, rege constituto, multitudinem in tres partes tribuerunt, quarum una militiam, altera agros coleret, tertia sacerdotum esset. Itaque alii sacrorum curam gerebant, alii eorum, quæ ad hominem pertinent, rursumque horum alii belli, alii, quæ pacis sunt, agriculturam et artes; a quibus etiam reditus regi cogebantur. Sacerdotes etiam philosophiam et astronomiam exercebant, et cum regibus conversabantur. Regio primum in præfecturas divisa fuit, quas nomos vocant; Thebaica quidem in decem, quæ vero in Delta, in totidem, intermedia autem in sedecim. Secundum nonnullos vero tot erant hujusmodi præfecturæ, quot aulas labyrinthus habebat, hæ autem pauciores erant quam triginta *sex* (ἓξ καὶ τριάκ.); rursum præfecturæ in partes diremptæ; plurimæ enim in toparchias divisæ erant, toparchiæ rursum in portiones alias, quarum minimæ arva erant. Opus autem fuit tam diligenti ac subtili locorum divisione propter continuas finium confusiones,

ὅρων συγχύσεις, ἃς ὁ Νεῖλος ἀπεργάζεται κατὰ τὰς αὐξήσεις, ἀφαιρῶν καὶ προστιθεὶς καὶ ἐναλλάττων τὰ σχήματα καὶ τἆλλα σημεῖα ἀποκρύπτων, οἷς διακρίνεται τό τε ἀλλότριον καὶ τὸ ἴδιον· ἀνάγκη δὴ ἀναμετρεῖσθαι πάλιν καὶ πάλιν. ἐντεῦθεν δὲ καὶ τὴν γεωμετρίαν συστῆναί φασιν, ὡς τὴν λογιστικὴν καὶ ἀριθμητικὴν παρὰ Φοινίκων διὰ τὰς ἐμπορίας. τριχῇ δὲ διῄρητο, ὥσπερ τὸ σύμπαν, καὶ τὸ ἐν ἑκάστῳ τῷ νομῷ πλῆθος, εἰς τρία ἴσα μερισθείσης τῆς χώρας. ἡ δὲ περὶ τὸν ποταμὸν πραγματεία διαφέρει τοσοῦτον, ὅσον τῇ ἐπιμελείᾳ νικᾶν τὴν φύσιν. φύσει γὰρ πλείονα φέρει καρπὸν καὶ ποτισθεῖσα μᾶλλον· φύσει δὲ καὶ ἡ μείζων ἀνάβασις τοῦ ποταμοῦ πλείω ποτίζει γῆν, ἀλλ' ἡ ἐπιμέλεια πολλάκις καὶ τῆς φύσεως ἐξίσχυσεν ἐπιλιπούσης, ὥστε καὶ κατὰ τὰς ἐλάττους ἀναβάσεις τοσαύτην ποτισθῆναι γῆν, ὅσην ἐν ταῖς μείζοσι, διά τε τῶν διωρύγων καὶ τῶν παραχωμάτων· ἐπὶ γοῦν τῶν πρὸ Πετρωνίου χρόνων ἡ μεγίστη μὲν ἦν φορὰ καὶ ἀνάβασις, ἡνίκα ἐπὶ τεσσαρεσκαίδεκα πήχεις ἀνέβαινεν ὁ Νεῖλος, ἡνίκα δ' ἐπ' ὀκτώ, συνέβαινε λιμός· ἐπ' ἐκείνου δὲ ἄρξαντος τῆς χώρας καὶ δώδεκα μόνον πληρώσαντος πήχεις τοῦ Νείλου μέτρου, μεγίστη ἦν ἡ φορά, καὶ ὀκτὼ ποτε μόνον πληρώσαντος, λιμοῦ οὐδεὶς ᾔσθετο. τοιαύτη μὲν ἡ διάταξις· τὰ δ' ἑξῆς λέγωμεν νυνί.

4. Ἀπὸ γὰρ τῶν Αἰθιοπικῶν τερμόνων ῥεῖ ἐπ' εὐθείας ὁ Νεῖλος πρὸς ἄρκτους, ἕως τοῦ καλουμένου χωρίου Δέλτα· εἶτ' ἐπὶ κορυφὴν σχιζόμενος (ὁ Νεῖλος), ὥς φησιν ὁ Πλάτων, ὡς ἂν τριγώνου κορυφὴν ἀποτελεῖ τὸν τόπον τοῦτον· πλευρὰς δὲ τοῦ τριγώνου τὰ σχιζόμενα ἐφ' ἑκάτερα ῥεῖθρα καθήκοντα μέχρι τῆς θαλάττης, τὸ μὲν ἐν δεξιᾷ τῆς κατὰ Πηλούσιον, τὸ δ' ἐν ἀριστερᾷ τῆς κατὰ Κάνωβον καὶ τὸ πλησίον Ἡράκλειον προσαγορευόμενον· βάσιν δὲ τὴν παραλίαν τὴν μεταξὺ τοῦ Πηλουσίου καὶ τοῦ Ἡρακλείου. γέγονε δὴ νῆσος ἔκ τε τῆς θαλάττης καὶ τῶν ῥευμάτων ἀμφοῖν τοῦ ποταμοῦ, καὶ καλεῖται Δέλτα διὰ τὴν ὁμοιότητα τοῦ σχήματος· τὸ δ' ἐπὶ τῇ κορυφῇ χωρίον ὁμωνύμως κέκληται διὰ τὸ ἀρχὴν εἶναι τοῦ λεχθέντος σχήματος, καὶ ἡ κώμη δὲ ἡ ἐπ' αὐτῷ καλεῖται Δέλτα. δύο μὲν οὖν ταῦτα τοῦ Νείλου στόματα, ὧν τὸ μὲν Πηλουσιακὸν καλεῖται, τὸ δὲ Κανωβικὸν καὶ Ἡρακλεωτικόν· μεταξὺ δὲ τούτων ἄλλαι πέντε εἰσὶν ἐκβολαὶ αἵ γε ἀξιόλογοι, λεπτότεραι δὲ πλείους· ἀπὸ γὰρ τῶν πρώτων μερῶν ἀπορρῶγες πολλαὶ καθ' ὅλην μερισθεῖσαι τὴν νῆσον πολλὰ καὶ ῥεῖθρα καὶ νήσους ἐποίησαν, ὥσθ' ὅλην γενέσθαι πλωτὴν διωρύγων ἐπὶ διώρυξι τμηθεισῶν, αἳ κατὰ ῥᾳστώνην πλέονται τοσαύτην, ὥστε καὶ ὀστράκινα ἐνίοις εἶναι πορθμεῖα· τὴν μὲν οὖν περίμετρον ὅσον τρισχιλίων σταδίων ἐστὶν ἡ σύμπασα νῆσος· καλοῦσι δ' αὐτὴν καὶ τὴν κάτω χώραν σὺν ταῖς ἀπαντικρὺ ποταμίαις τοῦ Δέλτα· ἐν δὲ ταῖς ἀναβάσεσι τοῦ Νείλου καλύπτεται πᾶσα καὶ πελαγίζει πλὴν τῶν οἰκήσεων· αὗται δ' ἐπὶ λόφων αὐτοφυῶν ἢ χωμάτων ἵδρυνται, πόλεις τε ἀξιόλογοι καὶ κῶμαι, νησίζουσαι κατὰ τὴν

quas Nilus auctus efficiebat, aliis addens, aliis adimens, et immutans figuras, et signa obruens, quibus proprium discernebatur ab alieno; itaque identidem dimetiri oportebat. Atque hinc ab Ægyptiis geometriam credunt inventam fuisse, quemadmodum ratiocinandi scientiam et arithmeticam a Phœnicibus propter mercaturas. Ut autem universa regio in tres æquas partes divisa est, ita et multitudo, quæ in quaque præfectura. Artificium autem, quod Nilo adhibetur, tanti est, quanti industria naturam vincens. Nam quum regio natura multum fructum afferat, irrigata plurimum affert; natura porro majus Nili incrementum plus terræ irrigat, sed sæpe diligentia hoc consecuta est, natura destituente, ut tantum terræ minoribus Nili incrementis irrigaretur, quantum majoribus, idque fossarum et aggerum auxilio. Sic ante Petronii tempora tunc maxima fertilitas erat, quum Nilus ad quartum ac decimum cubitum excresceret; quum vero ad octavum modo assurgeret, fames et penuria eveniebat; at vero illo regioni præfecto, quum duodecimum cubitum tantum Nilus implesset, maxima fuit frugum ubertas; et quum octavum solum aliquando attigisset, famem nemo sensit. Atque hæc quidem est Ægypti constitutio. Nunc reliqua edisseremus.

4. Nilus ab Æthiopiæ finibus recta fluit ad septentrionem usque ad eum locum, qui Delta appellatur, ubi tanquam in verticem scissus, ut Plato (*in Timæo* p. 21, E) inquit, quasi trianguli verticem esse hunc locum efficit; latera trianguli alvei sunt duo Nili utrimque ad mare descendentis, alter ad dextram Pelusium usque, alter ad sinistram ad Canopum usque et proximum Heraclium; basis autem maritima est ora inter Pelusium atque Heraclium. Ita insula mari duobusque Nili alveis includitur, et Delta nominatur, propterea quod ejus figura est literæ *Δ similis*. Locus, qui ad verticem est, eodem nomine appellatur, utpote dictæ figuræ initium, itemque pagus, qui ibi est, Delta vocatur. Duo jam retulimus Nili ostia, alterum Pelusiacum, alterum Canopicum vel Heracleoticum; inter hæc vero alia quinque ostia sunt, quæ quidem mentionem mereantur, et multa alia tenuiora. A primis enim partibus aliæ multæ avulsæ et passim per insulam divisæ, multos alveos insulasque fecerunt, ita ut tota insula sit navigabilis, fossis aliis super alias actis, quæ tanta facilitate navigantur, ut nonnulli testaceis utantur scaphis. Tota insula ter mille fere stadiorum ambitu continetur. Vocatur etiam regio inferior una cum fluvialibus tractibus Delta regioni objectis. Nilo exundante tota undis tegitur præter habitationes, quæ aut nativis collibus aut aggeribus factitiis impositæ sunt, non pagi modo, sed urbes etiam memorabiles, quæ eminus conspectæ insularum speciem præbent.

πόρρωθεν ὄψιν. πλείους δ' ἢ τετταράκοντα ἡμέρας τοῦ θέρους διαμεῖναν τὸ ὕδωρ ἔπειθ' ὑπόβασιν λαμβάνει κατ' ὀλίγον, καθάπερ καὶ τὴν αὔξησιν ἔσχεν· ἐν ἑξήκοντα δὲ ἡμέραις τελέως γυμνοῦται καὶ ἀναψύχεται τὸ πεδίον· ὅσῳ δὲ θᾶττον ἡ ἀνάψυξις, τοσῷδε θᾶττον ὁ ἄροτος καὶ ὁ σπόρος· θᾶττον δέ, παρ' οἷς τὰ μείζω θάλπη. τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὰ ἐπάνω τοῦ Δέλτα ποτίζεται, πλὴν ὅτι ἐπ' εὐθείας ὅσον τετρακισχιλίοις σταδίοις δι' ἑνὸς ῥείθρου τοῦ ποταμοῦ φερομένου, πλὴν εἴ πού τις ἐντρέχει νῆσος, ὧν ἀξιολογωτάτη ἡ τὸν Ἡρακλειωτικὸν νομὸν περιέχουσα, ἢ εἴ πού τις ἐκτροπὴ διώρυγι ἐπὶ πλέον εἰς λίμνην μεγάλην καὶ χώραν, ἣν ποτίζειν δύναται, καθάπερ ἐπὶ τῆς τὸν Ἀρσινοΐτην νομὸν ποτιζούσης καὶ τὴν Μοίριδος λίμνην καὶ τῶν εἰς τὴν Μαρεῶτιν ἀναχεομένων. συλλήβδην δ' εἰπεῖν, ἡ ποταμία μόνον ἐστὶν Αἴγυπτος ἡ ἑκατέρωθεν (ἐσχάτη) τοῦ Νείλου, σπάνιον εἴ που τριακοσίων σταδίων ἐπέχουσα συνεχῶς πλάτος τὸ οἰκήσιμον, ἀρξαμένη ἀπὸ τῶν ὅρων τῆς Αἰθιοπίας, μέχρι τῆς κορυφῆς τοῦ Δέλτα. ἔοικεν οὖν κειρίᾳ † ψυχομένῃ ἐπὶ μῆκος, ὑπεξαιρουμένων τῶν ἐπὶ πλέον ἐκτροπῶν. ποιεῖ δὲ τὸ σχῆμα τοῦτο τῆς ποταμίας, ἧς λέγω, καὶ τῆς χώρας τὰ ὄρη τὰ ἑκατέρωθεν ἀπὸ τῶν περὶ Συήνην τόπων καταγόμενα μέχρι τοῦ Αἰγυπτίου πελάγους· ἐφ' ὅσον γὰρ ταῦτα παρατείνει καὶ διέστηκεν ἀπ' ἀλλήλων, ἐπὶ τοσοῦτον καὶ ὁ ποταμὸς συνάγεταί τε καὶ διαχεῖται καὶ διασχηματίζει τὴν χώραν διαφόρως τὴν οἰκήσιμον· ἡ δὲ ὑπὲρ τῶν ὀρῶν ἐπὶ συχνὸν ἀοίκητός ἐστιν.

5. Οἱ μὲν οὖν ἀρχαῖοι στοχασμῷ τὸ πλέον, οἱ δ' ὕστερον αὐτόπται γενηθέντες ᾔσθοντο ὑπὸ ὄμβρων θερινῶν πληρούμενον τὸν Νεῖλον, τῆς Αἰθιοπίας τῆς ἄνω κλυζομένης, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς ἐσχάτοις ὄρεσι, παυσαμένων δὲ τῶν ὄμβρων παυομένην κατ' ὀλίγον τὴν πλημμυρίδα· τοῦτο δ' ὑπῆρξε μάλιστα δῆλον τοῖς πλέουσι τὸν Ἀράβιον κόλπον μέχρι τῆς κινναμωμοφόρου καὶ τοῖς ἐκπεμπομένοις ἐπὶ τὴν τῶν ἐλεφάντων θήραν, καὶ εἴ τινες ἄλλαι χρεῖαι παρώξυνον ἐκεῖσε ἄνδρας προχειρίζεσθαι τοὺς τῆς Αἰγύπτου βασιλέας τοὺς Πτολεμαϊκούς. οὗτοι γὰρ ἐφρόντισαν τῶν τοιούτων, διαφερόντως δ' ὁ Φιλάδελφος ἐπικληθείς, φιλιστορῶν καὶ διὰ τὴν ἀσθένειαν τοῦ σώματος διαγωγάς ἀεί τινας καὶ τέρψεις ζητῶν καινοτέρας. οἱ πάλαι δὲ βασιλεῖς οὐ πάνυ ἐφρόντισαν τῶν τοιούτων· καίπερ οἰκεῖοι σοφίας γεγονότες καὶ αὐτοὶ καὶ οἱ ἱερεῖς, μεθ' ὧν ἦν αὐτοῖς ὁ πλείων βίος· ὥστε καὶ θαυμάζειν ἄξιον καὶ διὰ τοῦτο καὶ διότι Σέσωστρις τὴν Αἰθιοπίαν ἐπῆλθεν ἅπασαν μέχρι τῆς κινναμωμοφόρου, καὶ ὑπομνήματα τῆς στρατείας αὐτοῦ καὶ νῦν ἔτι δείκνυται, στῆλαι καὶ ἐπιγραφαί. Καμβύσης τε τὴν Αἴγυπτον κατασχὼν προῆλθε καὶ μέχρι τῆς Μερόης μετὰ τῶν Αἰγυπτίων· καὶ δὴ καὶ τοὔνομα τῇ τε νήσῳ καὶ τῇ πόλει τοῦτο παρ' ἐκείνου τεθῆναί φασιν, ἐκεῖ τῆς ἀδελφῆς ἀποθανούσης αὐτῷ Μερόης· οἱ δὲ γυναῖκά φασι· τὴν ἐπωνυμίαν οὖν ἐχαρίσατο αὐτῇ τιμῶν τὴν ἄνθρωπον. θαυμαστὸν οὖν,

Aqua æstate ultra quadragesimum diem permanet, postea paulatim decrescit, quo pacto etiam crevit. Intra diem sexagesimum campi denudantur atque exsiccantur, et quo citius id fit, eo citius et aratur et seritur, idque celerius apud eos, qui majores æstus habent. Simili modo regio supra Delta irrigatur, nisi quod Nilus quattuor millibus stadiorum unico alveo recta delabitur, nisi si interdum insulæ intercipiant, quarum præcipua est quæ Heracleoticam præfecturam comprehendit, aut alicubi fossa ampliore fluvius divertatur in magnum aliquem lacum vel in regionem, quam irrigare possit, cujus generis est rivus qui Arsinoiticam præfecturam et Mœridis lacum rigat, et quos Mareotis refusos excipit. Denique, ut verbo dicam, fluvio irrigua est sola ea pars Ægypti, quæ jacet ad utramque Nili ripam, et raro trecentorum stadiorum continuam latitudinem habitabilem obtinet. Orditur ab Æthiopiæ montibus, et in ipsius Delta verticem desinit. Itaque similis est fasciæ in longum explicatæ (ἀνεπτυγμένῃ), si excipias majora fluvii diverticula. Figuram vero fluvialis regionis et terræ, quam dico, montes efficiunt, a locis Syenæ proximis deducti ex utraque parte usque ad Ægyptium pelagus; qui quantum extenduntur et inter se distant, tantum etiam flumen diffunditur et contrahitur, et regionem habitabilem diverso modo figurat. Quod supra montes est regionis, quam plurimum non habitatur.

5. Ceterum antiqui conjectura plerumque, recentiores vero visu ipso nitentes senserunt Nilum augeri, quando superne adsita Æthiopia imbribus æstivis proluitur, maxime in extremis montibus; imbribus autem finientibus, paulatim inundationem desinere. Quam rem ii potissimum deprehenderunt, qui in Arabicum sinum navigarunt usque ad cinnamomiferam regionem, et ii qui ad elephantorum venationem missi fuerunt, aut si qui alii usus Ptolemæos Ægypti reges impulerunt, ut homines aliquos eo amandarent. Nam hi talia curabant, is præcipue, qui cognomento fuit Philadelphus, cognitionis rerum apprime studiosus et propter corporis imbecillitatem semper novæ alicujus oblectationis materiam expetens. Antiqui autem reges perexiguam harum rerum curam habuerunt, tametsi tum ipsi sapientiæ studio dediti essent, tum sacerdotes, cum quibus plurimum vivebant. Idque eo magis est admiratione dignum, quod Sesostris totam Æthiopiam permeavit usque ad cinnamomiferam regionem, et adhuc quædam ejus monumenta monstrantur, columnæ et inscriptiones. Cambyses quoque Ægypto potitus, cum Ægyptiis usque ad Meroen progressus est, et nomen urbi insulæque ab illo factum aiunt, quum Meroe, sive soror ejus sive uxor (nam et hoc traditur), ibi mortua esset, adeoque ille honorandæ fœminæ causa loco id nominis imposuisset. Mirum itaque est, cur, tantis oblatis investigandi

πῶς ἐκ τῶν τοιούτων ἀφορμῶν οὐ τελέως ἐναργὴς ἦν ἡ περὶ τῶν ὄμβρων ἱστορία τοῖς τότε, καὶ ταῦτα τῶν ἱερέων φιλοπραγμονέστερον ἀναφερόντων εἰς τὰ ἱερὰ γράμματα καὶ ἀποτιθεμένων, ὅσα μάθησιν περιττὴν ἐπιφαίνει. εἰ γὰρ ἄρα, τοῦτ' ἐχρῆν ζητεῖν, ὅπερ καὶ νῦν ἔτι ζητεῖται, τί δή ποτε θέρους, χειμῶνος δὲ οὔ, καὶ ἐν τοῖς νοτιωτάτοις, ἐν δὲ τῇ Θηβαΐδι καὶ τῇ περὶ Συήνην οὐ συμπίπτουσιν ὄμβροι· τὸ δ' ὅτι ἐξ ὄμβρων αἱ ἀναβάσεις μὴ ζητεῖν, μηδὲ τοιούτων δεῖσθαι μαρτύρων, οἵους Ποσειδώνιος εἴρηκε. φησὶ γὰρ Καλλισθένη λέγειν τὴν ἐκ τῶν ὄμβρων αἰτίαν τῶν θερινῶν, παρὰ Ἀριστοτέλους λαβόντα, ἐκεῖνον δὲ παρὰ Θρασυάλκου τοῦ Θασίου (τῶν ἀρχαίων δὲ φυσικῶν εἷς οὗτος), ἐκεῖνον δὲ παρ' ἄλλου, τὸν δὲ παρ' Ὁμήρου διιπετέα φάσκοντος τὸν Νεῖλον·

ἂν δ' εἰς Αἰγύπτοιο διιπετέος ποταμοῖο.

ἀλλ' ἐῶ ταῦτα πολλῶν εἰρηκότων, ὧν ἀρκέσει δύο μηνῦσαι τοὺς ποιήσαντας καθ' ἡμᾶς τὸ περὶ τοῦ Νείλου βιβλίον, Εὔδωρόν τε καὶ Ἀρίστωνα τὸν ἐκ τῶν περιπάτων· πλὴν γὰρ τῆς τάξεως τά γε ἄλλα καὶ τῇ φράσει καὶ τῇ ἐπιχειρήσει ταὐτά ἐστι κείμενα παρ' ἀμφοτέροις. ἐγὼ γοῦν ἀπορούμενος ἀντιγράφων εἰς τὴν ἀντιβολὴν ἐκ θατέρου θάτερον ἀντέβαλον· πότερος δ' ἦν ὁ τἀλλότρια ὑποβαλλόμενος, ἐν Ἄμμωνος εὕροι τις ἄν. Εὔδωρος δ' ᾐτιᾶτο τὸν Ἀρίστωνα· ἡ μέντοι φράσις Ἀριστώνειος μᾶλλόν ἐστιν. οἱ μὲν οὖν ἀρχαῖοι τὸ οἰκούμενον αὐτὸ καὶ ποτιζόμενον ὑπὸ τοῦ Νείλου μόνον Αἴγυπτον ἐκάλουν, ἀπὸ τῶν περὶ Συήνην τόπων ἀρξάμενοι μέχρι τῆς θαλάττης· οἱ δ' ὕστερον μέχρι νῦν προσέλαβον ἐκ μὲν τῶν πρὸς ἕω μερῶν [τὰ] μεταξὺ τοῦ Ἀραβίου κόλπου καὶ τοῦ Νείλου σχεδόν τι πάντα (οἱ δ' Αἰθίοπες οὐ πάνυ χρῶνται τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάττῃ), ἐκ δὲ τῶν ἑσπερίων τὰ μέχρι τῶν Αὐάσεων καὶ ἐν τῇ παραλίᾳ τὰ ἀπὸ τοῦ Κανωβικοῦ στόματος μέχρι Καταβαθμοῦ καὶ τῆς Κυρηναίων ἐπικρατείας. οἵ τε γὰρ ἀπὸ τοῦ Πτολεμαίου βασιλεῖς ἴσχυσαν τοσοῦτον, οἵ γε καὶ τὴν Κυρηναίαν αὐτὴν κατέσχον καὶ διενείμαντο πρὸς τὴν Αἴγυπτον καὶ τὴν Κύπρον· Ῥωμαῖοί τε οἱ διαδεξάμενοι τὴν ἐκείνων ἐπαρχίαν κρίναντες τὴν Αἴγυπτον ἐν τοῖς αὐτοῖς ὅροις διεφύλαξαν. Αὐάσεις δ' οἱ Αἰγύπτιοι καλοῦσι τὰς οἰκουμένας χώρας, περιεχομένας κύκλῳ μεγάλαις ἐρημίαις, ὡς ἂν νήσους πελαγίας (πολὺ δὲ τοῦτ' ἔστι κατὰ τὴν Λιβύην), τρεῖς δ' εἰσὶν αἱ πρόσχωροι τῇ Αἰγύπτῳ καὶ ἐπ' αὐτῇ τεταγμέναι. τὰ μὲν οὖν καθ' ὅλου καὶ ἀνωτάτω περὶ τῆς Αἰγύπτου ταῦτα λέγομεν· τὰ καθ' ἕκαστα δὲ καὶ τὰς ἀρετὰς αὐτῆς νῦν διέξιμεν.

6. Ἐπεὶ δὲ τὸ πλεῖστον τοῦ ἔργου τούτου καὶ τὸ κυριώτατον ἡ Ἀλεξάνδρειά ἐστι καὶ τὰ περὶ αὐτήν, ἐντεῦθεν ἀρκτέον. ἔστι τοίνυν ἡ ἀπὸ Πηλουσίου παραλία πρὸς τὴν ἑσπέραν πλέουσι μέχρι μὲν τοῦ Κανωβικοῦ στόματος χιλίων που καὶ τριακοσίων σταδίων, ὃ δὴ καὶ βάσιν τοῦ Δέλτα ἔφαμεν· ἐντεῦθεν δ' ἐπὶ Φάρον τὴν

occasionibus, non prorsus innotuerit imbrium historia ejus ætatis hominibus, præsertim quum sacerdotes curiosius in sacros libros referrent et confirmarent, quæ subtilioris aliquid haberent cognitionis. Etenim si quid aliud, hoc dignum disquisitione erat quod adhuc quæri solet, cur nempe æstate et non hieme, in partibus australissimis imbres cadant, in Thebaide vero et circa Syenen non item? Illud vero, num ex imbribus Nilus augeatur, non erat quærendum, neque in hanc rem talibus opus erat testibus, quales producit Posidonius; ait enim Callisthenem tradere æstivos imbres causam esse; idque hunc ab Aristotele sumpsisse, Aristotelem vero a Thrasyalce Thasio, qui unus fuit ex antiquis physicis; Thrasyalcem autem ab alio (*a Thalete?*), atque illum ab Homero, qui Nilum cœlitus delapsum dicat (*Od.* 4, 481):

Rursus ad Ægypti cœlo delapsa fluenta.

Verum istæc mitto, quum a multis sint tractata, de quibus satis sit duos afferre, qui ætate nostra de Nilo scripserunt, Eudorum et Aristonem Peripateticum. Hi, dempto ordine, cetera omnia et stylo et argumentis iisdem fere uterque posuerunt. Itaque libros inter se collaturus, quum exemplarium copia nulla fieret, alterum cum altero comparavi; uter autem alterius compilaverit scriptum, fortasse Ammonis oraculo doceri aliquis possit. Eudorus quidem Aristonem eo nomine incusat, sed dicendi genus potius est Aristoneum. Ceterum prisci id solum Ægyptum vocavere, quod habitatur et a Nilo irrigatur, inde a locis Syenæ proximis incipientes usque ad mare; recentiores vero ad hoc usque tempus, ab orientali regione omnes fere partes assumpserunt, quæ inter Arabicum sinum sunt atque Nilum (Æthiopes Rubro mari non adeo utuntur); ab occidente vero loca usque ad Auases, quæ vocantur, et in ora maritima ab ostio Canopico usque ad eum locum, qui Catabathmus dicitur, et Cyrenæorum ditionem. Nam Ptolemaici reges eo usque dominationem protulerunt suam, qui quidem etiam Cyrenaicam sub se habuerunt, separatim ab Ægypto Cyproque. Romani, qui postea successerunt, provinciam Ægyptum iisdem finibus inclusam servarunt. Auases Ægyptii regiones vocant habitatas et maximis desertis circumdatas, quasi quasdam pelagi insulas, quales sæpe occurrunt in Libya; tres vero sunt Ægypto finitimæ et ei subditæ. Hæc igitur de Ægypto in universum et summatim dicimus; nunc singula regionis et quæ habeat præclara persequemur.

6. Initium autem ab Alexandria faciemus et locis ei vicinis, quum hujus tractationis præcipuam partem ea occupent. Ergo maritima ora a Pelusio usque ad Canopicum ostium ad occidentem naviganti est mille fere et trecentorum stadiorum, quod et basim ipsius Delta diximus; hinc ad Pharum insulam alia sunt stadia centum et quinquaginta.

νῆσον ἄλλοι στάδιοι πεντήκοντα πρὸς τοῖς ἑκατόν. ἡ δὲ Φάρος νησίον ἐστὶ παράμηκες, προσεχέστατον τῇ ἠπείρῳ, λιμένα πρὸς αὐτὴν ποιοῦν ἀμφίστομον. ἠιὼν γάρ ἐστι κολπώδης, ἄκρας εἰς τὸ πέλαγος προβεβλημένη δύο· τούτων δὲ μεταξὺ ἡ νῆσος ἵδρυται κλείουσα τὸν κόλπον, παραβέβληται γὰρ αὐτῷ κατὰ μῆκος· τῶν δ' ἄκρων τῆς Φάρου τὸ μὲν ἑῷον μᾶλλόν ἐστι προσεχὲς τῇ ἠπείρῳ καὶ τῇ κατ' αὐτὴν ἄκρᾳ (καλεῖται δ' ἄκρα Λοχιάς), καὶ ποιεῖ τὸν λιμένα ἀρτίστομον· πρὸς δὲ τῇ στενότητι τοῦ μεταξὺ πόρου καὶ πέτραι εἰσίν, αἱ μὲν ὕφαλοι, αἱ δὲ καὶ ἐξέχουσαι, τραχύνουσαι πᾶσαν ὥραν τὸ προσπῖπτον ἐκ τοῦ πελάγους κλυδώνιον. ἔστι δὲ καὶ αὐτὸ τὸ τῆς νησῖδος ἄκρον πέτρα περίκλυστος, ἔχουσα πύργον θαυμαστῶς κατεσκευασμένον λευκοῦ λίθου πολυόροφον, ὁμώνυμον τῇ νήσῳ· τοῦτον δ' ἀνέθηκε Σώστρατος Κνίδιος, φίλος τῶν βασιλέων, τῆς τῶν πλωιζομένων σωτηρίας χάριν, ὥς φησιν ἡ ἐπιγραφή. ἀλιμένου γὰρ οὔσης καὶ ταπεινῆς τῆς ἑκατέρωθεν παραλίας, ἐχούσης δὲ καὶ χοιράδας καὶ βράχη τινά, ἔδει σημείου τινὸς ὑψηλοῦ καὶ λαμπροῦ τοῖς ἀπὸ τοῦ πελάγους προσπλέουσιν, ὥστ' εὐστοχεῖν τῆς εἰσβολῆς τοῦ λιμένος. καὶ τὸ ἑσπέριον δὲ στόμα οὐκ εὐείσβολόν ἐστιν, οὐ μὴν τοσαύτης γε δεῖται προνοίας· ποιεῖ δὲ καὶ τοῦτο ἄλλον λιμένα τὸν τοῦ Εὐνόστου καλούμενον· πρόκειται δ' οὗτος τοῦ ὀρυκτοῦ καὶ κλειστοῦ λιμένος· ὁ μὲν γὰρ ἐκ τοῦ λεχθέντος πύργου τῆς Φάρου τὸν εἴσπλουν ἔχων ὁ μέγας ἐστὶ λιμήν· οὗτοι δὲ συνεχεῖς ἐν βάθει ἐκείνῳ, τῷ ἑπτασταδίῳ καλουμένῳ χώματι διειργόμενοι ἀπ' αὐτοῦ, παράκεινται· τὸ δὲ χῶμά ἐστιν ἀπὸ τῆς ἠπείρου γέφυρα ἐπὶ τὴν νῆσον κατὰ τὸ ἑσπέριον αὐτῆς μέρος ἐκτεταμένη, δύο διάπλους ἀπολείπουσα μόνον εἰς τὸν Εὐνόστου λιμένα, καὶ αὐτοὺς γεγεφυρωμένους· ἦν δ' οὐ γέφυρα μόνον ἐπὶ τὴν νῆσον τὸ ἔργον τοῦτο, ἀλλὰ καὶ ὑδραγώγιον, ὅτε γε ᾠκεῖτο· νῦν δ' ἠρήμωσεν αὐτὴν ὁ θεὸς Καῖσαρ ἐν τῷ πρὸς Ἀλεξανδρέας πολέμῳ, τεταγμένην μετὰ τῶν βασιλέων· ὀλίγοι δ' οἰκοῦσι πρὸς τῷ πύργῳ ναυτικοὶ ἄνδρες. ὁ γοῦν μέγας λιμὴν πρὸς τῷ κεκλεῖσθαι καλῶς τῷ τε χώματι καὶ τῇ φύσει, ἀγχιβαθής τέ ἐστιν, ὥστε τὴν μεγίστην ναῦν ἐπὶ κλίμακος ὁρμεῖν, καὶ εἰς πλείους σχίζεται λιμένας. οἱ μὲν οὖν πρότεροι τῶν Αἰγυπτίων βασιλεῖς, ἀγαπῶντες οἷς εἶχον καὶ οὐ πάνυ ἐπεισάκτων δεόμενοι, διαβεβλημένοι πρὸς ἅπαντας τοὺς πλέοντας, καὶ μάλιστα τοὺς Ἕλληνας (πορθηταὶ γὰρ ἦσαν καὶ ἐπιθυμηταὶ τῆς ἀλλοτρίας κατὰ σπάνιν γῆς), ἐπέστησαν φυλακὴν τῷ τόπῳ τούτῳ, κελεύσαντες ἀπείργειν τοὺς προσιόντας· κατοικίαν δ' αὐτοῖς ἔδοσαν τὴν προσαγορευομένην Ῥακῶτιν, ἣ νῦν μὲν τῆς Ἀλεξανδρέων πόλεώς ἐστι μέρος τὸ ὑπερκείμενον τῶν νεωρίων, τότε δὲ κώμη ὑπῆρχε· τὰ δὲ κύκλῳ τῆς κώμης βουκόλοις παρέδοσαν, δυναμένοις καὶ αὐτοῖς κωλύειν τοὺς ἔξωθεν ἐπιόντας. ἐπελθὼν δὲ Ἀλέξανδρος, ἰδὼν τὴν εὐκαιρίαν, ἔγνω τειχίζειν ἐπὶ τῷ λιμένι τὴν πόλιν· τῆς δ' ὕστερον ἐπηκολουθηκυίας εὐδαιμονίας τῇ πόλει μνημονεύουσί τι σημεῖον κατὰ τὴν ὑπογραφὴν

Pharus exigua est insula oblonga, quæ continenti adjacet, ancipitem ad eam portum faciens. Est enim litus sinuosum, quod duo promontoria in mare emittit, inter quæ insula jacet portum claudens, cui per longum objicitur; de Phari promontoriis orientale magis continentem et oppositum sibi promontorium, cui Lochias nomen, attingit, et portum efficit ore arcto. Accedit ad angustias portus, quod in intermedio freto petræ sunt, partim aquis opertæ, partim eminentes, continue occurrentem ex pelago fluctum exasperantes. Ipsum adeo insulæ promontorium est petra quædam mari circumdata, turrim habens ex albo lapide mirifice structam multis fastigiis, eodem, quo insula, nomine. Eam Sostratus Cnidius, regum amicus, posuit ob navigantium salutem, ut testatur inscriptio. Nam quum ora ex utraque parte importuosa et humilis esset, cautesque ac brevia haberet: signo aliquo opus fuit alto et splendente, quo usi navigantes ex alto portus ingressum contingere possent. Occiduum etiam ostium, quamquam non tutum ingressum habet, non tamen tanta indiget providentia; sed hoc quoque alium portum efficit, qui Eunosti dicitur. Hic ante effossum et clausum portum jacet; qui enim ex dicta Phari turri ingressum habet, is maximus portus est; hi vero continui in secessu illo adjacent, a magno portu dirempti aggere, qui Heptastadium appellatur, Agger ille est pons quidam a continenti in insulam ad occidentalem ejus partem porrectus, duos tantum transitus navigantibus relinquens in Eunosti portum, ipsos quoque ponte junctos; quod opus non modo pons erat in insulam, sed etiam aquæ ductus, illo saltem tempore quo habitabatur insula; nunc divus Cæsar eam in Alexandrino bello (in quo pro regibus contra ipsum steterat) evastavit; pauci tamen nautæ juxta turrim habitant. Maximus quidem portus, præterquam quod et natura et aggere bene clauditur, profundus est adeo proxime ipsum litus, ut maxima etiam navis ad ipsos gradus ejus applicari tuto possit; et in portus complures scinditur. Enimvero primi Ægyptiorum reges suis contenti opibus, nec importata aliunde magnopere desiderantes, omnibus exteris navigantibus infensi erant, maxime vero Græcis (qui ob soli penuriam populari atque appetere aliena solebant), ideoque custodes huic loco imposuerunt, qui appellentes arcerent; habitandam iis dederunt Rhacotin, quæ nunc Alexandriæ pars est, navalibus imminens, tunc vicus erat. Quæ in orbem vico circumjacebant, bubulcis tradidere, qui ipsi quoque vires haberent ad arcendos extraneos. Quum autem Alexander eo venisset, loci opportunitate perspecta, statuit urbem ad portum esse muniendam. Futuram urbis felicitatem, quæ consecuta est, ferunt ostento in ipsa operis designatione

τοῦ κτίσματος συμβάν· τῶν γὰρ ἀρχιτεκτόνων γῇ λευκῇ διασημαινομένων τὴν τοῦ περιβόλου γραμμήν, ἐπιλιπούσης τῆς γῆς καὶ τοῦ βασιλέως ἐπιόντος, οἱ διοικηταὶ τῶν ἀλφίτων μέρος τῶν παρεσκευασμένων τοῖς ἐργάταις παρέσχον, δι' ὧν καὶ αἱ ὁδοὶ κατετμήθησαν εἰς πλείους· τοῦτ' οὖν οἰωνίσθαι λέγονται πρὸς ἀγαθοῦ γεγονός.

7. Ἡ δ' εὐκαιρία πολύτροπος· ἀμφίκλυστόν τε γάρ ἐστι τὸ χωρίον δυσὶ πελάγεσι, τῷ μὲν ἀπὸ τῶν ἄρκτων τῷ Αἰγυπτίῳ λεγομένῳ, τῷ δ' ἀπὸ μεσημβρίας τῷ τῆς λίμνης τῆς Μαρείας, ἣ καὶ Μαρεῶτις λέγεται· πληροῖ δὲ ταύτην πολλαῖς διώρυξιν ὁ Νεῖλος, ἄνωθέν τε καὶ ἐκ πλαγίων, δι' ὧν τὰ εἰσκομιζόμενα πολλῷ πλείω τῶν ἀπὸ θαλάττης ἐστίν, ὥσθ' ὁ λιμὴν ὁ λιμναῖος ὑπῆρχε πλουσιώτερος τοῦ θαλαττίου· ταύτῃ δὲ καὶ τὰ ἐκκομιζόμενα ἐξ Ἀλεξανδρείας πλείω τῶν εἰσκομιζομένων ἐστί· γνοίη δ' ἄν τις ἔν τε τῇ Ἀλεξανδρείᾳ καὶ τῇ Δικαιαρχίᾳ γενόμενος, ὁρῶν τὰς ὁλκάδας ἔν τε τῷ κατάπλῳ καὶ ἐν ταῖς ἀναγωγαῖς, ὅσον βαρύτεραί τε καὶ κουφότεραι δεῦρο κἀκεῖσε πλέοιεν. πρὸς δὲ τῷ πλούτῳ τῶν καταγομένων ἑκατέρωσε εἴς τε τὸν κατὰ θάλατταν λιμένα καὶ εἰς τὸν λιμναῖον καὶ τὸ εὐάερον ἄξιον σημειώσεώς ἐστιν· ὃ καὶ αὐτὸ συμβαίνει διὰ τὸ ἀμφίκλυστον καὶ τὸ εὔκαιρον τῆς ἀναβάσεως τοῦ Νείλου. αἱ μὲν γὰρ ἄλλαι πόλεις αἱ ἐπὶ λιμνῶν ἱδρυμέναι βαρεῖς καὶ πνιγώδεις ἔχουσι τοὺς ἀέρας ἐν τοῖς καύμασι τοῦ θέρους· ἐπὶ γὰρ τοῖς χείλεσιν αἱ λίμναι τελματοῦνται διὰ τὴν ἐκ τῶν ἡλίων ἀναθυμίασιν· βορβορώδους οὖν ἀναφερομένης τοσαύτης ἰκμάδος, νοσώδης ὁ ἀὴρ ἕλκεται καὶ λοιμικῶν κατάρχει παθῶν. ἐν Ἀλεξανδρείᾳ δὲ τοῦ θέρους ἀρχομένου πληρούμενος ὁ Νεῖλος πληροῖ καὶ τὴν λίμνην καὶ οὐδὲν ἐᾷ τελματῶδες τὸ τὴν ἀναφορὰν ποιῆσον μοχθηράν· τότε δὲ καὶ οἱ ἐτησίαι πνέουσιν ἐκ τῶν βορείων καὶ τοῦ τοσούτου πελάγους, ὥστε κάλλιστα τοῦ θέρους Ἀλεξανδρεῖς διάγουσιν.

8. Ἔστι δὲ χλαμυδοειδὲς τὸ σχῆμα τοῦ ἐδάφους τῆς πόλεως· οὗ τὰ μὲν ἐπὶ μῆκος πλευρά ἐστι τὰ ἀμφίκλυστα, ὅσον τριάκοντα σταδίων ἔχοντα διάμετρον, τὰ δὲ ἐπὶ πλάτος οἱ ἰσθμοί, ἑπτὰ ἢ ὀκτὼ σταδίων ἑκάτερος, σφιγγόμενος τῇ μὲν ὑπὸ θαλάττης, τῇ δ' ὑπὸ τῆς λίμνης. ἅπασα μὲν ὁδοῖς κατατέτμηται ἱππηλάτοις καὶ ἁρματηλάτοις, δυσὶ δὲ πλατυτάταις, ἐπὶ πλέον ἢ πλέθρον ἀναπεπταμέναις, αἳ δὴ δίχα καὶ πρὸς ὀρθὰς τέμνουσιν ἀλλήλας. ἔχει δ' ἡ πόλις τεμένη (τά) τε κοινὰ κάλλιστα καὶ τὰ βασίλεια, τέταρτον ἢ καὶ τρίτον τοῦ παντὸς περιβόλου μέρος· τῶν γὰρ βασιλέων ἕκαστος ὥσπερ τοῖς κοινοῖς ἀναθήμασι προσεφιλοκάλει τινὰ κόσμον, οὕτω καὶ οἴκησιν ἰδίᾳ περιεβάλλετο πρὸς ταῖς ὑπαρχούσαις, ὥστε νῦν τὸ τοῦ ποιητοῦ,

ἐξ ἑτέρων ἕτερ' ἐστίν·

ἅπαντα μέντοι συναφῆ καὶ ἀλλήλοις καὶ τῷ λιμένι, καὶ ὅσα ἔξω αὐτοῦ. τῶν δὲ βασιλείων μέρος ἐστὶ καὶ τὸ Μουσεῖον, ἔχον περίπατον καὶ ἐξέδραν καὶ οἶκον μέγαν,

fuisse præmonstratam; architectis enim ambitus lineam gypso designantibus, quum adventante rege gypsum deficeret, farinæ operariis destinatæ a procuratoribus fuisse præbitam partem, qua etiam compitorum plures divisiones delineaverint; eam igitur rem visam fuisse boni ominis.

7. Commoditates urbs habet non unius modo generis. Duo enim maria locum alluunt, alterum a septentrione, quod Ægyptium dicitur, alterum a meridie, quod Maria palus vel etiam Mareotis appellatur; eam Nilus multis fossis tum e superioribus partibus, tum e lateribus actis implet, per quas multo plura importantur, quam e mari, adeo ut palustris portus ditior sit marino. Ibi vero etiam quæ ex Alexandria exportantur plura sunt quam quæ importantur. Facile id cognoverit qui Alexandriæ et Dicæarchiæ fuerit, observaveritque onerarias naves et venientes et abeuntes, quanto graviores aut leviores ultro citroque navigent. Jam præter opes, quæ ex utraque parte et in maris et in lacus portum advehuntur, aeris temperies digna est memoratu : quæ ipsa quoque idcirco contingit, quod urbs utrimque alluitur, et Nilus incrementa commode facit. Quippe ceteræ urbes, quæ ad latus sitæ sunt, gravem et præfocantem aerem in æstivis ardoribus habent; nam propter vapores a sole excitatos cœnum in lacuum labris cogitur, unde cœnoso humore exhalante, aer morbidus attrahitur, ac pestilentiæ initium præbet. At Alexandriæ incipiente æstate Nilus auctus auget etiam lacum, et nullum cœno locum relinquit, unde malignus aliquis posset vapor exhalare. Huc accedit quod eodem tempore etiam etesiæ a borealibus partibus *et tanto* pelago adspirant, adeo ut Alexandrini optime æstatem agant.

8. Urbis solum chlamydis figuram habet, cujus latera, quæ in longum tendunt, ea sunt quæ aqua utrinque alluuntur, triginta fere stadiorum habentia diametrum, latera vero, quæ in latum tendunt, isthmi sunt, quorum uterque, septem octove stadiorum, hinc mari, illinc lacu stringitur. Ac tota quidem urbs viis divisa est, per quas et equi et currus agi possint, duabus autem latissimis, quæ amplius jugero expandantur, et sese ad rectos angulos secant. Urbs habet publicos lucos pulcherrimos et regias, quæ quartam tertiamve totius ambitus partem occupant. Nam regum quisque ut publicis monumentis aliquid ornamenti addere studebat, ita et ad jam exstructas regias aliquam de suo adjiciebat, ut nunc poetæ illud vere dici possit (*Od.* 17, 266),

Sunt alia ex aliis;

atque omnes inter se junctæ sunt, et portui contiguæ et iis quæ extra eum sunt. Pars etiam regiarum est Museum, quod deambulationem habet et exedram et maximam do-

6. A Lynge in exterius mare navigantibus est civitas Zelis et Tingis (Τίγγις); hinc Septem fratrum monumenta, et imminens mons, multis feris et magnis arboribus plenus, nomine Abile. Columnarum fretum longitudine dicitur stadiorum centum ac viginti, minima vero latitudine sexaginta juxta Elephantem. Innaviganti deinceps occurrunt urbes et flumina complura usque ad amnem Molochath, qui Maurorum et Massæsyliorum regionem distinguit. Vocatur vero Metagonium et magnum promontorium amni propinquum et regio arida sterilisque, ac fere mons a Cotibus hucusque pertendit. Longitudo a Cotibus usque in Massæsyliorum fines est stadiorum quinque millium. Metagonium situm fere est e regione novæ Carthagini in adversa ripa oppositæ; haud recte Timosthenes Metagonium adversum Massiliam esse dicit. A nova Carthagine Metaognium est stadiorum ter mille trajectus, præternavigatio vero usque ad Massaliam amplius sex millibus stadiorum.

7. Ceterum Maurusii, etsi adeo uberem magna ex parte regionem inhabitant, tamen ad hoc usque tempus plurimi incertis vagantur sedibus. Attamen comas cincinnis exornant, et barbam comunt, aurumque gestant, dentes tergent, unguium incrementa resecant, ac raro videas in ambulationibus inter se contingentes, ut capillorum ornatus incorruptus maneat. Pugnant utplurimum ab equis

δ' ἱππόται τὸ πλέον ἀπὸ ἄκοντος, σχοινοχαλίνοις χρώμενοι τοῖς ἵπποις καὶ γυμνοῖς· ἔχουσι δὲ καὶ μαχαίρας· οἱ δὲ πεζοὶ τὰς τῶν ἐλεφάντων δορὰς ὡς ἀσπίδας προβάλλονται· τὰς δὲ τῶν λεόντων καὶ παρδάλεων καὶ ἄρκτων ἀμπέχονται καὶ ἐγκοιμῶνται. σχεδὸν δέ τι καὶ οὗτοι καὶ οἱ ἐφεξῆς Μασαισύλιοι καὶ κοινῶς Λίβυες κατὰ τὸ πλέον ὁμοιόσκευοί εἰσι καὶ τὰ ἄλλα ἐμφερεῖς, μικροῖς ἵπποις χρώμενοι, ὀξέσι δὲ καὶ εὐπειθέσιν, ὥστ' ἀπὸ ῥαβδίου οἰακίζεσθαι· περιτραχήλια δὲ ξύλινα ἢ τρίχινα, ἀφ' ὧν ὁ ῥυτὴρ ἀπήρτηται· ἔνιοι δὲ καὶ χωρὶς ὁλκῆς ἕπονται ὡς κύνες· πέλτη μικρὰ βυρσίνη, πλατύλογχα μικρά, ἄζωστοι πλατύσημοι χιτῶνες, ἐπιπόρπημα, ὡς ἔφην, δορὰ καὶ προθωράκιον. Φαρούσιοι δὲ καὶ Νίγρητες οἱ ὑπὲρ τούτων οἰκοῦντες πρὸς τοῖς ἑσπερίοις Αἰθίοψι καὶ τοξεύουσι, καθάπερ καὶ οἱ Αἰθίοπες· χρῶνται δὲ καὶ δρεπανηφόροις ἅρμασι· μίσγονται δὲ καὶ τοῖς Μαυρουσίοις οἱ Φαρούσιοι διὰ τῆς ἐρήμου σπανίως, ὑπὸ ταῖς κοιλίαις τῶν ἵππων ὑπαρτῶντες τοὺς ἀσκοὺς τοῦ ὕδατος· ἔστι δ' ὅτε καὶ εἰς Κίρταν ἀφικνοῦνται διά τινων τόπων ἑλωδῶν καὶ λιμνῶν. τινὰς δ' αὐτῶν καὶ Τρωγλοδυτικῶς οἰκεῖν φασιν ὀρύττοντας τὴν γῆν. λέγεται δὲ κἀνταῦθα τοὺς θερινοὺς ὄμβρους ἐπιπολάζειν, χειμῶνος δὲ εἶναι ἀνυδρίαν. ἐνίους δὲ τῶν ταύτῃ βαρβάρων καὶ ὄφεων καὶ ἰχθύων δοραῖς ἀμπεχόναις τε καὶ στρώμασι χρῆσθαι. τοὺς δὲ Μαυρουσίους ἔνιοί φασιν Ἰνδοὺς εἶναι τοὺς συγκατελθόντας Ἡρακλεῖ δεῦρο. μικρὸν μὲν οὖν πρὸ ἡμῶν οἱ περὶ Βόγον βασιλεῖς καὶ Βόκχον κατεῖχον αὐτήν, φίλοι Ῥωμαίων ὄντες· ἐκλιπόντων δὲ τούτων, Ἰούβας παρέλαβε τὴν ἀρχήν, δόντος τοῦ Σεβαστοῦ Καίσαρος καὶ ταύτην αὐτῷ τὴν ἀρχὴν πρὸς τῇ πατρῴᾳ· υἱὸς δ' ἦν Ἰούβα τοῦ πρὸς Καίσαρα τὸν θεὸν πολεμήσαντος μετὰ Σκιπίωνος. Ἰούβας μὲν οὖν νεωστὶ ἐτελεύτα τὸν βίον, διαδέδεκται δὲ τὴν ἀρχὴν υἱὸς Πτολεμαῖος, γεγονὼς ἐξ Ἀντωνίου θυγατρὸς καὶ Κλεοπάτρας.

8. Ἀρτεμίδωρος δ' Ἐρατοσθένει μὲν ἀντιλέγει, διότι Λίξον τινά φησι πόλιν περὶ τὰ ἄκρα τῆς Μαυρουσίας τὰ ἑσπέρια ἀντὶ Λυγγός· Φοινικικὰς δὲ πόλεις κατεσκαμμένας παμπόλλας τινάς, ὧν οὐδὲν ἰδεῖν ἐστιν ἴχνος· ἐν δὲ τοῖς ἑσπερίοις Αἰθίοψι (τοὺς ἀέρας πλατεῖς φήσας) ταῖς τε ὀρθριναῖς ὥραις καὶ ταῖς δειλιναῖς παχεῖς καὶ ἀχλυώδεις εἶναι τοὺς ἀέρας· πῶς γὰρ ἐν αὐχμώδεσι καὶ καυματηροῖς τόποις ταῦτ' εἶναι; αὐτὸς δὲ τούτων πολὺ χείρω λέγει περὶ τοὺς αὐτοὺς τόπους· μετανάστας γάρ τινας ἱστορεῖ Λωτοφάγους, οἳ τὴν ἄνυδρον νέμοιντο, σιτοῖντο δὲ λωτόν, πόαν τινὰ καὶ ῥίζαν, ἀφ' ἧς οὐδὲν δέοιντο ποτοῦ. παρήκειν δ' αὐτοὺς μέχρι τῶν ὑπὲρ Κυρήνης τόπων· τοὺς δ' ἐκεῖ καὶ γαλακτοποτεῖν καὶ κρεωφαγεῖν, καίπερ ταὐτοκλινεῖς ὄντας. καὶ Γαβίνιος δὲ ὁ τῶν Ῥωμαίων συγγραφεὺς οὐκ ἀπέχεται τῆς τερατολογίας τῆς περὶ τὴν Μαυρουσίαν· πρὸς γὰρ τῇ Λυγγὶ Ἀνταίου μνῆμα ἱστορεῖ καὶ σκελετὸν πηχῶν ἑξήκοντα, ὃν Σερτώριον γυμνῶσαι καὶ πάλιν

hastati, equis nudis utentes, et frenis e fune factis; gerunt etiam gladios; pedites vero elephantorum pellibus pro clypeis utuntur; leonum et pardalium et ursorum pellibus induuntur, iisque indormiunt. Fere autem et hi et sequentes Massæsylii et Libyes magna ex parte cultu eodem utuntur, et in ceteris persimiles sunt, parvis equis utentes, celeribus tamen et mansuetis adeo, ut sola virgula gubernentur. Equi collaria e lana arborea habent aut pilo confecta, e quibus habena dependet. Sunt qui etiam sine tractu dominum sequuntur instar canum. Pelta utuntur parva e corio confecta, lancea lata et parva, discinctæ tunicæ laticlaviæ; denique vestimentum fibula nexum pellem habent, ut dixi, et thoracem anteriorem. Pharusii et Nigretes, qui supra istos habitant, Hesperiis Æthiopibus vicini, sagittant, quemadmodum Æthiopes; falcatis quoque curribus utuntur. Conveniunt nonnunquam Mauros Pharusii, sed raro, per deserta, aquarum utres equorum ventribus subligatos vehentes; nonnunquam per loca quædam palustria et lacus Cirtam veniunt. Quidam ex eis dicuntur Troglodytarum more infra terram in cavernis effossis habitare. Hic quoque aiunt æstate imbres frequentes esse, hieme vero siccitatem. Quosdam ex iis barbaris serpentum ac piscium coriis pro indumentis ac strato uti. Sunt qui dicant Mauros Indos esse, qui cum Hercule in hunc locum descenderint. Non diu ante nostra tempora Bogus et Bocchus reges, Romanorum amici, Mauritaniam tenuerunt, quibus mortuis Juba successit, quum Cæsar Augustus ad paternum regnum hoc etiam illi adjecisset. Is Jubæ filius fuit ejus, qui contra divum Cæsarem cum Scipione bellum gessit. Jubæ nuper vita functo successit in imperio Ptolemæus, Antonii et Cleopatræ filia natus.

8. Artemidorus Eratosthenem reprehendit, qui pro Lynge Lixum urbem dixisset circa extrema Mauritaniæ occidentalia, et Phœnicias urbes permultas ibi dirutas, quarum vestigium nullum appareat; et apud Hesperios Æthiopes aerem matutinis et vespertinis horis crassum esse et caliginosum; quomodo enim siccis et æstuosis locis hæc esse possent? At ipse Artemidorus longe ineptiora dicit de eisdem locis. Scribit enim Lotophagos quosdam ibi degere exsules, qui siccam regionem incolant, et lotum edant, herbam quandam et radicem, qua comesta nullum potum requirant; eosque ad loca usque supra Cyrenen sita pertendere; qui vero ibi sint, lac bibere et carnibus vesci, quanquam in eodem sint climate. Sed nec Gabinius, Romanarum rerum scriptor, in describenda Mauritania fabulis prodigiosis abstinet. Scribit enim, apud Lyngem Antæi sepulturam esse, et compagem ossium cadaveris absumpti cubitorum sexaginta, eamque a Sertorio detectam et

ἐπιβαλεῖν γῆν. καὶ τὰ περὶ τῶν ἐλεφάντων μυθώδη· φησὶ γὰρ τἆλλα μὲν θηρία φεύγειν τὸ πῦρ, τοὺς δ' ἐλέφαντας πολεμεῖν καὶ ἀμύνεσθαι, διότι τὴν ὕλην φθείρει· πρὸς δὲ τοὺς ἀνθρώπους διαμάχεσθαι, κατασκόπους προπέμποντας, καί, ὅταν ἴδωσιν ἐκείνους [φεύγοντας], φεύγειν καὶ αὐτούς, ἐπειδὰν δὲ τραύματα λάβωσιν, ἱκετηρίαν προτείνειν κλάδους ἢ βοτάνην ἢ κόνιν.

9. Μετὰ δὲ τὴν τῶν Μαυρουσίων γῆν ἡ τῶν Μασαισυλίων ἐστίν, ἀπὸ τοῦ Μολοχὰθ ποταμοῦ τὴν ἀρχὴν λαμβάνουσα, τελευτῶσα δὲ ἐπὶ τὴν ἄκραν, ἢ καλεῖται [Τρητόν], ὅριον τῆς τε Μασαισυλίων καὶ τῆς Μασυλιέων γῆς· στάδιοι δ' εἰσὶν ἀπὸ τοῦ Μεταγωνίου μέχρι τοῦ Τρητοῦ ἑξακισχίλιοι· οἱ δ' ἐλάττους φασίν. ἔχει δ' ἡ παραλία πόλεις τε πλείους καὶ ποταμοὺς καὶ χώραν εὐφυῆ, τῶν δ' ἐν ὀνόματι ἀρκεῖ μνησθῆναι. ἔστι δὲ πόλις Σίγα ἐν χιλίοις σταδίοις ἀπὸ τῶν λεχθέντων ὅρων, (καὶ) βασίλειον Σόφακος· κατέσπασται δὲ νῦν· τὴν δὲ χώραν μετὰ Σόφακα κατέσχε Μασανάσσης, εἶτα Μικίψας, εἶτα καὶ οἱ ἐκεῖνον διαδεξάμενοι, καθ' ἡμᾶς δὲ Ἰούβας ὁ πατὴρ τοῦ νεωστὶ τελευτήσαντος Ἰούβα· κατέσπασται δὲ καὶ Ζάμα τὸ τούτου βασίλειον ὑπὸ Ῥωμαίων· μετὰ δὲ τὴν Σίγαν Θεῶν λιμὴν ἐν ἑξακοσίοις σταδίοις· εἶτ' ἄλλοι ἄσημοι τόποι. τὰ μὲν οὖν ἐν βάθει τῆς χώρας ὀρεινὰ καὶ ἔρημα († ἔσθ' ὅτε παρέσπαρται, ἃ κατέχουσιν οἱ Γαίτουλοι) μέχρι καὶ Σύρτεων· τὰ δ' ἐκεῖ πρὸς θαλάττῃ καὶ πεδία εὐδαίμονά ἐστι καὶ πόλεις πολλαὶ καὶ ποταμοὶ καὶ λίμναι.

10. Ποσειδώνιος δ' οὐκ οἶδ' εἰ ἀληθεύει, φήσας ὀλίγοις καὶ μικροῖς διαρρεῖσθαι ποταμοῖς τὴν Λιβύην· αὐτοὺς γάρ, οὓς Ἀρτεμίδωρος εἴρηκε, τοὺς μεταξὺ τῆς Λυγγὸς καὶ Καρχηδόνος καὶ πολλοὺς εἴρηκε καὶ μεγάλους. ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ ταῦτ' ἀληθέστερον εἰπεῖν· εἴρηκε δὲ τούτου τὴν αἰτίαν αὐτός· μὴ γὰρ κατομβρεῖσθαι τοῖς ἀρκτικοῖς μέρεσι, καθάπερ οὐδὲ τὴν Αἰθιοπίαν φασί· διὸ πολλάκις λοιμικὰ ἐμπίπτειν ὑπὸ αὐχμῶν καὶ τὰς λίμνας τελμάτων πίμπλασθαι καὶ τὴν ἀκρίδα ἐπιπολάζειν. ἔτι φησὶ τὰ μὲν ἀνατολικὰ ὑγρὰ εἶναι, τὸν γὰρ ἥλιον ἀνίσχοντα ταχὺ παραλλάττειν, τὰ δ' ἑσπέρια ξηρά, ἐκεῖ γὰρ καταστρέφειν. ὑγρὰ γὰρ καὶ ξηρά, τὰ μὲν παρ' ὑδάτων ἀφθονίαν ἢ σπάνιν λέγεται, τὸ δὲ παρὰ τὴν τῶν ἡλίων· βούλεται δὲ λέγειν τὰ παρὰ τοὺς ἡλίους· ταῦτα δὲ πάντες ἀρκτικοῖς καὶ μεσημβρινοῖς κλίμασιν ἀφορίζουσι· καὶ μὴν ἀνατολικά τε καὶ δυσμικά, τὰ μὲν πρὸς τὰς οἰκήσεις λεγόμενα, καθ' ἑκάστην τὴν οἴκησιν καὶ τὴν μετάπτωσιν τῶν ὁριζόντων ἄλλα ἐστίν, ὥστ' οὐδ' ἔνεστι καθολικῶς εἰπεῖν ἐπὶ τῶν ἀπεριλήπτων τὸ πλῆθος, ὅτι τὰ μὲν ἀνατολικὰ ὑγρά, τὰ δὲ δυσμικὰ ξηρά. ὡς δὲ λέγεται πρὸς τὴν οἰκουμένην ὅλην καὶ τὰς ἐσχατιὰς τὰς τοιαύτας, οἷα καὶ ἡ Ἰνδικὴ καὶ ἡ Ἰβηρία, λέγοι ἄν, εἰ ἄρα, τὴν τοιαύτην ἀπόφασιν. τίς οὖν ἡ πιθανότης τῆς αἰτιολογίας; ἐν γὰρ περιφορᾷ συνεχεῖ τε καὶ ἀδιαλείπτῳ τοῦ ἡλίου τίς ἂν εἴη καταστροφή; τό τε τάχος τῆς παραλλαγῆς πανταχοῦ ἴσον. ἄλλως τε παρὰ τὴν ἐνάργειάν

rursus humatam. De elephantis quoque fabulosa narrat; ait enim ceteras feras ignem fugere, elephantes ei resistere ac repugnare, propterea quod silvam consumat; eos cum hominibus certare, exploratoribus præmissis, quos ubi viderint fugere, idem facere; sin vulnera accepissent, ramos vel herbam vel pulverem supplices prætendere.

9. Post Mauritaniam est Massæsyliorum regio, a Molochath flumine initium sumens, finiens vero in promontorium, [*Tretum*] nomine, quod Massæsyliorum et Masylliensium confinium dicitur. A Metagonio Tretum usque sunt stadiorum sex millia; sunt qui pauciora numerent. Ora maritima complures urbes et fluvios habet, et regionem valde commodam; sed satis sit mentionem eorum facere, quæ sunt clariora. Distat itaque Siga civitas a dictis finibus mille stadiorum intervallo, Sophacis regia, nunc vero diruta est. Post Sophacem Masanasses obtinuit regionem, postea Micipsas, postea ejus successores, nostra tempestate Juba, Jubæ pater nuper mortui. Diruta est etiam a Romanis Zama, hujus regia. Post Sigam in sexcentis stadiis est Deorum portus, ac porro alia loca obscura; quæ in interiori jacent regione, montana sunt ac deserta: (quibus hic illic (ἔσθ' ὅπῃ) inseruntur, quæ Gætuli tenent) usque etiam ad Syrtes; ibi vero ad mare et campi uberes sunt et urbes multæ fluminaque et lacus.

10. Posidonius dubito an recte dixerit raris parvisque fluminibus Libyam irrigari; eosdem enim, quos Artemidorus nominat, inter Lyngem et Carthaginem exeuntes et multos esse dicit et magnos. De mediterraneo autem tractu verius affirmari illud potest. Causam rei ipse affert; scilicet partes septentrionales Libyæ non compluì (quemadmodum neque Æthiopiæ partes septentrionalis compluì dicunt); atque hinc sæpe propter siccitatem pestes incidere, et lacus cœnosos fieri locustarumque exsistere copiam. Addit etiam orientalia humida esse, quod sol exoriens cito prætereat, occidua vero sicca, quod ibi sit solis conversio. Jam vero humida et sicca dicuntur ob copiam vel inopiam vel aquarum vel caloris solaris; Posidonius ad calorem solarem referri vult; hunc vero omnes secundum plagas boreales et meridionales definiunt; ac sane orientalia et occidentalia, certorum respectu dicta locorum, pro habitationum et horizontum diversitate subinde mutantur, adeo ut de iis, quorum multitudo certis finibus circumscribi non patiatur, in universum dici nequeat, orientalia humida esse, occidentalia sicca. Quum vero dici id etiam possit respectu totius habitabilis terræ et extremarum ejus partium talium, quales sunt India et Iberia, fortasse Posidonius eo sensu rem intelligi voluerit. Quid ergo probabilitatis tum haberet causæ redditio? In continuo enim ac nunquam intermittente solis circumductione quænam esse potest ejus conversio? Præterea transitus velocitas ubique est æqualis. Atque alias etiam re-

ἐστι, τὰ ἔσχατα τῆς Ἰβηρίας ἢ τῆς Μαυρουσίας τὰ πρὸς δύσιν ξηρὰ λέγειν ἁπάντων μάλιστα· καὶ γὰρ τὸ περιέχον εὔκρατον ἔχει καὶ πλείστων ὑδάτων εὐπορεῖ. εἰ δὲ τὸ καταστρέφειν τοιοῦτον εἴληπται, ὅτι ἐνταῦθα [κατὰ] τὰ ὕστατα τῆς οἰκουμένης ὑπὲρ γῆς γίνεται, τί τοῦτο συντείνει πρὸς ξηρασίαν; καὶ γὰρ ἐνταῦθα καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις τόποις τῆς οἰκουμένης τοῖς ταὐτοκλινέσι, τὸν ἴσον διαλιπὼν χρόνον τὸν τῆς νυκτός, ἐπάνεισι πάλιν καὶ θερμαίνει τὴν γῆν.

11. Ἔστι δέ που αὐτόθι καὶ ἀσφάλτου πηγὴ καὶ χαλκωρυχεῖα· καὶ σκορπίων δὲ καὶ πτηνῶν καὶ ἀπτέρων λέγεται πλῆθος, μεγέθει δὲ † ἑπτασπονδύλων, ὁμοίως δὲ καὶ φαλάγγια καὶ μεγέθει καὶ πλήθει διαφέροντα· σαύρας δὲ διπήχεις φασίν. ἐν μὲν οὖν τῇ παρορείῳ λίθους εὑρίσκεσθαί φασι τοὺς λυχνίτας καὶ καρχηδονίους λεγομένους· ἐν δὲ τοῖς πεδίοις ὀστρακίων καὶ χηραμύδων πλῆθος, οἷον ἐν τοῖς περὶ τοῦ Ἄμμωνος λόγοις εἰρήκαμεν· καὶ δένδρον δέ ἐστι μελίλωτον καλούμενον, ἐξ οὗ σκευάζουσιν οἶνον· τινὲς δ' αὐτῶν καὶ δίκαρπον ἔχουσι τὴν γῆν, καὶ δύο θεριστικὰ καρποῦνται, τὰ μὲν θερινά, τὰ δ' ἐαρινά· ἔστι δὲ ἡ καλάμη πεντάπηχυς τὸ ὕψος, πάχος δὲ τοῦ μικροῦ δακτύλου, τὸν δὲ καρπὸν διακοσιοκαιτετταρακοντάχουν ἀποδίδωσι· τοῦ δὲ ἔαρος οὐδὲ σπείρουσιν, ἀλλὰ παλιούροις συνδεδεμέναις ἐπικαταψήσαντες τὴν χώραν τῷ ἐκπεσόντι στάχυϊ κατὰ τὸν θερισμὸν ἀρκοῦνται· τελεσικαρπεῖ γὰρ τὸν θερινὸν καρπόν. Διὰ δὲ τὸ πλῆθος τῶν θηρίων κνημῖδας ἔχοντες ἐργάζονται καὶ τἆλλα δὲ μέρη διφθεροῦνται· καθεύδοντες δὲ περιχρίουσι τοὺς κλινόποδας σκορόδοις τῶν σκορπίων χάριν καὶ παλιούροις περιδοῦσιν.

12. Ἦν δὲ τῇ παραλίᾳ ταύτῃ πόλις Ἰὼλ ὄνομα, ἣν ἐπικτίσας Ἰούβας ὁ τοῦ Πτολεμαίου πατὴρ μετωνόμασε Καισάρειαν, ἔχουσα καὶ λιμένα καὶ πρὸ τοῦ λιμένος νησίον. μεταξὺ δὲ τῆς Καισαρείας καὶ τοῦ Τρητοῦ μέγας ἐστὶ λιμήν, ὃν Σάλδαν καλοῦσι· τοῦτο δ' ἐστὶν ὅριον τῆς ὑπὸ τῷ Ἰούβᾳ καὶ τῆς ὑπὸ τοῖς Ῥωμαίοις· πολυτρόπως γὰρ οἱ μερισμοὶ γεγένηνται τῆς χώρας, ἅτε τῶν νεμομένων αὐτὴν πλειόνων γενομένων καὶ τῶν Ῥωμαίων ἄλλοτ' ἄλλως τούτων τοῖς μὲν φίλοις χρωμένων, τοῖς δὲ καὶ πολεμίοις· ὥστε καὶ ἀφαιρεῖσθαι καὶ χαρίζεσθαι συνέβαινεν ἄλλοις ἄλλα καὶ οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον. ἦν δὲ ἡ μὲν πρὸς τῇ Μαυρουσίᾳ προσοδικωτέρα τε καὶ δυναμικωτέρα, ἡ δὲ πρὸς τῇ Καρχηδονίᾳ καὶ τῇ Μασυλιέων ἀνθηροτέρα τε καὶ κατεσκευασμένη βέλτιον, καίπερ κεκακωμένη διὰ τὰ Καρχηδόνια τὸ πρῶτον, ἔπειτα διὰ τὸν πρὸς Ἰουγούρθαν πόλεμον· ἐκεῖνος γὰρ Ἀδάρβαλα ἐκπολιορκήσας ἐν Ἰτύκῃ καὶ ἀνελών, φίλον ὄντα Ῥωμαίων, ἐνέπλησε τὴν χώραν πολέμου· εἶτ' ἄλλοι ἐπ' ἄλλοις συνέστησαν πόλεμοι, τελευταῖος δὲ ὁ πρὸς Σκιπίωνα Καίσαρι τῷ θεῷ συστάς, ἐν ᾧ καὶ Ἰούβας ἀπέθανε· συνηφανίσθησαν δὲ τοῖς ἡγεμόσι καὶ αἱ πόλεις, Τισιαοῦς τε καὶ Οὔατα καὶ Θάλα, ἔτι δὲ καὶ Κάψα, τὸ γαζοφυλάκιον τοῦ Ἰουγούρθα, καὶ Ζάμα καὶ Ζίγχα καὶ πρὸς αἷς κατεπολέ-

pugnat evidentiæ hoc effatum, Hispaniæ vel Mauritaniæ extrema occidenti proxima ceteris omnibus sicciora esse, quum et aerem temperatum habeant, et aquarum largam copiam. Si vero illam solis conversionem sic interpretatur quod terræ habitabilis in extremo istic sol terræ immineat: quid hoc attineat ad siccitatem? Nam et in his et in ceteris habitabilis terræ locis, qui ejusdem sunt plagæ, sol æquali interjecto noctis spatio iterum redit et calefacit terram.

11. Est vero alicubi istic etiam bituminis fons, et æris fodinæ; porro et volucrium et non alatorum scorpionum multitudo memoratur ibi, magnitudine eximia et (μεγ. ὑπερβαλλόντων καὶ) septenûm vertebrarum; item phalangia et multitudine et magnitudine non vulgari, lacertæ etiam bicubitales. In montibus adjacente regione lapillos inveniri aiunt, qui lychnides et carchedonii dicuntur; inque campis ostracorum et cheramydum concharum multitudinem, ut dictum est, quum de Ammone ageremus (1, 3, 4). Est et arbor apud eos nomine melilotus, e qua vinum conficiunt. Nonnulli terram biferam habent, et duas messes faciunt, unam vernam, alteram æstivam. Culmus est quinque cubitorum longitudine, crassitie vero parvi digiti, fructum affert ducentocuplum et quadragintacuplum. Vere non serunt, sed terram colligatis paliuris obiter radentes, semine e spicis in messe eo delapso contenti sunt. Id enim perfectam edit messem æstivam. Ob serpentum multitudinem operarii ocreas gerunt; ceteras corporis partes coriis contegunt; dormituri lecti pedes allio illinunt, scorpionum gratia, et paliuris circumligant.

12. In hac ora fuit urbs quædam nomine Iol, quam Juba, Ptolemæi pater, a se instauratam, mutato nomine Cæsaream vocavit; ea portum habet, et parvam insulam ante portum. Inter Cæsaream atque Tretum est magnus portus, quem Saldam vocant. Atque ibi sunt confinia Jubæ et Romanorum ditionis. Etenim variis plane modis regio ista fuit divisa, quum, qui eam tenerent, complures essent, et Romani aliis amicis, aliis hostibus diverso tempore uterentur, ideoque et darent et auferrent aliis alia, nec id eodem semper modo. Regio sane Mauritaniæ proxima vires ac proventus majores habebat; quæ vero Carthaginem et Masyliensium terram contigit, florentior est et melius apparata, quanquam primo Carthaginiensi bello afflicta, ac deinde bello contra Jugurtham gesto. Hic quum Adherbalem Romanorum amicum expugnatum Uticæ interfecisset, in regionem eam plurima accivit bella, quibus alia atque alia successerunt; ultimum fuit, quod Divus Cæsar cum Scipione gessit, in quo et Juba mortuus est, et urbes cum ducibus deletæ sunt: Tisiaus (*Tisurus v. Tisdrus*) et *Uata* (*Ubata*) et Thala et Capsa, ubi Jugurthæ thesauri erant, et Zama (Ζάκμα *codd.*) et Zincha et eæ, apud quas Di-

μησε Καῖσαρ Σκιπίωνα ὁ θεός, πρὸς Ῥουσπίνῳ μὲν πρῶτον νικῶν, εἶτα πρὸς Οὐζίτοις, εἶτα πρὸς Θάψῳ καὶ τῇ πλησίον λίμνῃ καὶ ταῖς ἄλλαις· πλησίον δὲ καὶ Ζέλλα καὶ Ἀχόλλα, ἐλεύθεραι πόλεις· εἷλε δ' ἐξ ἐφόδου Καῖσαρ τὴν [Κέρκινναν] νῆσον καὶ Θέναν, πολίχνην ἐπιθαλαττιδίαν. Τούτων πασῶν αἱ μὲν τελέως ἠφανίσθησαν, αἱ δ' ἡμίσπαστοι κατελείφθησαν· Φαρὰν * δ' οἱ Σκιπίωνος ἱππεῖς ἐνέπρησαν.

13. Μετὰ δ' οὖν Τρητὸν ἡ Μασυλιέων ἐστὶ καὶ ἡ Καρχηδονίων παραπλησία χώρα. Κίρτα τέ ἐστιν ἐν μεσογαίᾳ, τὸ Μασανάσσου καὶ τῶν ἑξῆς διαδόχων βασίλειον, πόλις εὐερκεστάτη καὶ κατεσκευασμένη καλῶς τοῖς πᾶσι, καὶ μάλιστα ὑπὸ Μικίψα, ὅστις καὶ Ἕλληνας συνῴκισεν ἐν αὐτῇ καὶ τοσαύτην ἐποίησεν, ὥστ' ἐκπέμπειν μυρίους ἱππέας, διπλασίους δὲ πεζούς. ἥ τε δὴ Κίρτα ἐνταῦθα καὶ οἱ δύο Ἱππῶνες, ὁ μὲν πλησίον Ἰτύκης, ὁ δὲ ἀπωτέρω πρὸς τῷ Τρητῷ μᾶλλον, ἄμφω βασίλεια. ἡ δὲ Ἰτύκη δευτέρα μετὰ Καρχηδόνα τῷ μεγέθει καὶ τῷ ἀξιώματι· καταλυθείσης δὲ Καρχηδόνος, ἐκείνη ἦν ὡς ἂν μητρόπολις τοῖς Ῥωμαίοις καὶ ὁρμητήριον πρὸς τὰς ἐν Λιβύῃ πράξεις· ἵδρυται δ' ἐν τῷ αὐτῷ κόλπῳ τῷ Καρχηδονιακῷ, πρὸς θατέρῳ τῶν ἀκρωτηρίων τῶν ποιούντων τὸν κόλπον, ὧν τὸ μὲν πρὸς τῇ Ἰτύκῃ καλοῦσιν Ἀπολλώνιον, θάτερον δ' Ἑρμαίαν, καί εἰσιν ἐν ἐπόψει ἀλλήλαις αἱ πόλεις. ῥεῖ δὲ τῆς Ἰτύκης πλησίον ὁ Βαγράδας ποταμός· εἰσὶ δ' ἀπὸ Τρητοῦ μέχρι Καρχηδόνος στάδιοι δισχίλιοι πεντακόσιοι· οὔτε τοῦθ' ὁμολογεῖται δὲ τὸ διάστημα οὔτε τὸ μέχρι Σύρτεων.

14. Καὶ Καρχηδὼν δὲ ἐπὶ χερρονήσου τινὸς ἵδρυται, περιγραφούσης κύκλον τριακοσίων ἑξήκοντα σταδίων ἔχοντα τεῖχος, οὗ τὸ ἑξηκοντασταδιον μῆκος αὐτὸς ὁ αὐχὴν ἐπέχει, καθῆκον ἀπὸ θαλάττης ἐπὶ θάλατταν, ὅπου τοῖς Καρχηδονίοις ἦσαν αἱ τῶν ἐλεφάντων στάσεις (καὶ) τόπος εὐρυχωρής. κατὰ μέσην δὲ τὴν πόλιν ἡ ἀκρόπολις, ἣν ἐκάλουν Βύρσαν, ὀφρὺς ἱκανῶς ὀρθία, κύκλῳ περιοικουμένη, κατὰ δὲ τὴν κορυφὴν ἔχουσα Ἀσκληπιεῖον, ὅπερ κατὰ τὴν ἅλωσιν ἡ γυνὴ τοῦ Ἀσδρούβα συνέπρησεν αὐτῇ. ὑπόκεινται δὲ τῇ ἀκροπόλει οἵ τε λιμένες καὶ ὁ Κώθων, νησίον περιφερὲς εὐρίπῳ περιεχόμενον, ἔχοντι νεωσοίκους ἑκατέρωθεν κύκλῳ.

15. Κτίσμα δ' ἐστὶ Διδοῦς ἀγαγούσης ἐκ Τύρου λαόν· οὕτω δ' εὐτυχὴς ἡ ἀποικία τοῖς Φοίνιξιν ὑπῆρξε καὶ αὕτη καὶ ἡ μέχρι τῆς Ἰβηρίας τῆς τε ἄλλης καὶ τῆς ἔξω Στηλῶν, ὥστε τῆς Εὐρώπης ἔτι νῦν τὴν ἀρίστην νέμονται Φοίνικες κατὰ τὴν ἤπειρον καὶ τὰς προσεχεῖς νήσους, τήν τε Λιβύην κατεκτήσαντο πᾶσαν, ὅσον μὴ νομαδικῶς οἷόν τ' ἦν οἰκεῖν. ἀφ' ἧς δυνάμεως πόλιν τε ἀντίπαλον τῇ Ῥώμῃ κατεσκευάσαντο καὶ τρεῖς ἐπολέμησαν μεγάλους πρὸς αὐτοὺς πολέμους. γένοιτο δ' ἂν εὔδηλος ἡ δύναμις αὐτῶν ἐκ τοῦ ὑστάτου πολέμου, ἐν ᾧ κατελύθησαν ὑπὸ Σκιπίωνος τοῦ Αἰμιλιανοῦ, καὶ ἡ πόλις ἄρδην ἠφανίσθη. ὅτε γὰρ ἤρξαντο πολεμεῖν

vus Cæsar Scipionem debellavit, primo apud Rhuspinum, deinde apud Uzitas, post apud Thapsum et proximum ei lacum, et apud alia loca. Prope erant etiam Zella et Acholla, liberæ civitates. Cepit autem Cæsar primo adortu Cercinnam insulam et Thenam oppidulum mari imminens. Ex his omnibus aliæ prorsus deletæ sunt, aliæ semidirutæ relictæ. *Taphruram* Scipionis equites incenderunt.

13. Post Tretum est Masyliensium et similis ei Carthaginiensium regio. Cirta, Masanassæ (*Masinissæ*) et successorum regia, est in mediterraneis, urbs munitissima, et optime omnibus rebus instructa, maxime a Micipsa, qui et Græcos in eam habitatum deduxit, et tantam effecit, ut decem equitum millia, peditum viginti millia emitteret. Cirta itaque hic est, et duo Hippones, alter Uticæ proximus, alter remotior et Treto propinquior, ambæ regiæ. Utica et magnitudine et dignitate secunda est post Carthaginem; atque, hac excisa, caput regionis fuit et receptaculum Romanorum ad res in Africa gerendas. Sita est in ipso (ἐν αὐτῷ τῷ) sinu Carthaginiensi, ad alterum ex promontoriis, quæ sinum faciunt; horum id, quod juxta Uticam est, Apollonium vocatur, alterum vero Hermæa. Urbes ipsæ ita sunt sitæ, ut unam possis ex altera cernere. Prope Uticam Bagradas amnis labitur. A Treto Carthaginem sunt stadia bis mille et quingenta; quanquam neque de hoc intervallo, neque de eo, quod usque ad Syrtes est, consentitur.

14. Carthago in peninsula quadam jacet, quæ ambitum habet stadiorum trecentorum quadraginta, muro cinctum, cujus sexaginta stadiorum longitudinem collum occupat, quod a mari ad mare pertinet, ubi Carthaginienses elephantis stabula habebant in loco amplissimo. In media urbe arx fuit, quam Byrsam vocarunt, supercilium satis erectum, circumcirca habitatum, in cujus vertice Æsculapii templum erat, quod Asdrubalis uxor, capta urbe, secum concremavit. Arci portus subjacent, et Cothon, parva insula ac rotunda, Euripo circumdata, ad cujus utramque partem sunt in orbem navalia.

15. Eam urbem Dido condidit, Tyro colonis eo adductis. Et adeo bene Phœnicibus cessit deductio tum hujus coloniæ, tum earum quæ in Iberiam intra et extra Herculis columnas missæ sunt, ut etiam nunc optimam Europæ partem et in continenti et in adjacentibus insulis habeant, atque Libyam omnem sibi subjecerint, quantum ejus aliam quam nomadicam inhabitandi rationem admittebat. Quibus opibus usi, urbem Romæ æmulam fecere suam, et tria maxima contra Romanos bella gesserunt. Carthaginiensium potentiam maxime ex ultimo istorum bello æstimare possis, quo a Scipione Æmiliano ipsi devicti, et urbs solo est æquata. Initio enim ejus belli

τοῦτον τὸν πόλεμον, πόλεις μὲν εἶχον τριακοσίας ἐν τῇ Λιβύῃ, ἀνθρώπων δ' ἐν τῇ πόλει μυριάδας ἑβδομήκοντα· πολιορκούμενοι δὲ καὶ ἀναγκασθέντες τραπέσθαι πρὸς ἔνδοσιν, πανοπλιῶν μὲν ἔδοσαν μυριάδας εἴκοσι, καταπελτικὰ δὲ ὄργανα τρισχίλια, ὡς οὐ πολεμηθησόμενοι· κριθέντος δὲ πάλιν τοῦ ἀναπολεμεῖν, ἐξαίφνης ὁπλοποιίαν συνεστήσαντο, καὶ ἑκάστης ἡμέρας ἀνεφέροντο θυρεοὶ μὲν ἑκατὸν καὶ τετταράκοντα πεπηγότες, μάχαιραι δὲ τριακόσιαι καὶ λόγχαι πεντακόσιαι, χίλια δὲ βέλη καταπελτικά, τρίχα δὲ τοῖς καταπέλταις αἱ θεράπαιναι παρεῖχον· ἔτι τοίνυν ναῦς ἔχοντες δώδεκα ἐξ ἐτῶν πεντήκοντα κατὰ τὰς ἐν τῷ δευτέρῳ πολέμῳ συνθήκας, τότε, καίπερ ἤδη συμπεφευγότες εἰς τὴν Βύρσαν, ἐν διμήνῳ κατεσκευάσαντο ναῦς ἑκατὸν εἴκοσι καταφράκτους, καὶ τοῦ στόματος τοῦ Κώθωνος φρουρουμένου, διώρυξαν ἄλλο στόμα, καὶ προῆλθεν αἰφνιδίως ὁ στόλος· ὕλη γὰρ ἦν ἀποκειμένη παλαιὰ καὶ τεχνιτῶν πλῆθος προσεδρεῦον καὶ σιταρχούμενον δημοσίᾳ. τοιαύτη δ' οὖσα Καρχηδὼν ὅμως ἑάλω καὶ κατεσκάφη. τὴν δὲ χώραν, τὴν μὲν ἐπαρχίαν ἀπέδειξαν Ῥωμαῖοι, τὴν ὑπὸ τοῖς Καρχηδονίοις, τῆς δὲ Μασανάσσην ἀπέδειξαν κύριον καὶ τοὺς ἀπογόνους τοὺς περὶ Μικίψαν. μάλιστα γὰρ ἐσπουδάσθη παρὰ τοῖς Ῥωμαίοις ὁ Μασανάσσης δι' ἀρετὴν καὶ φιλίαν· καὶ γὰρ δὴ καὶ οὗτός ἐστιν ὁ τοὺς Νομάδας πολιτικοὺς κατασκευάσας καὶ γεωργούς, ἔτι δ' ἀντὶ τοῦ λῃστεύειν διδάξας στρατεύειν. ἴδιον γάρ τι τοῖς ἀνθρώποις συνέβη τούτοις· χώραν γὰρ οἰκοῦντες εὐδαίμονα, πλὴν τοῦ θηρίοις πλεονάζειν, ἐάσαντες ἐκφέρειν ταῦτα καὶ τὴν γῆν ἐργάζεσθαι μετὰ ἀδείας ἐπ' ἀλλήλοις ἐτρέποντο, τὴν δὲ γῆν τοῖς θηρίοις ἀφεῖσαν. οὕτω δ' αὐτοῖς συνέβαινε πλάνητα καὶ μετανάστην βίον ζῆν, μηδὲν ἧττον τῶν ὑπὸ ἀπορίας καὶ λυπρότητος τόπων ἢ ἀέρων εἰς τοῦτο περιισταμένων τῶν βίων, ὥστε καὶ ἴδιον τοῦθ' εὑρίσκεσθαι τοὔνομα τοὺς Μασαισυλίους· καλοῦνται γὰρ Νομάδες, ἀνάγκη δὲ τοὺς τοιούτους εὐτελεῖς εἶναι τοῖς βίοις καὶ τὸ πλέον ῥιζοφάγους ἢ κρεοφάγους, γάλακτι δὲ καὶ τυρῷ τρεφομένους. ἠρημωμένης δ' οὖν ἐπὶ πολὺν χρόνον τῆς Καρχηδόνος, καὶ σχεδόν τι τὸν αὐτὸν χρόνον, ὅνπερ καὶ Κόρινθος, ἀνελήφθη πάλιν περὶ τοὺς αὐτούς πως χρόνους ὑπὸ Καίσαρος τοῦ Θεοῦ, πέμψαντος ἐποίκους Ῥωμαίων τοὺς προαιρουμένους καὶ τῶν στρατιωτῶν τινας, καὶ νῦν εἴ τις ἄλλη καλῶς οἰκεῖται τῶν ἐν Λιβύῃ πολεων.

16. Κατὰ μέσον δὲ τὸ στόμα τοῦ Καρχηδονίου κόλπου νῆσός ἐστι Κόρσουρα. ἀντίπορθμος δ' ἐστὶν ἡ Σικελία τοῖς τόποις τούτοις ἡ κατὰ Λιλύβαιον, ὅσον ἐν διαστήματι χιλίων καὶ πεντακοσίων σταδίων· τοσοῦτον γάρ φασι τὸ ἐκ Λιλυβαίου μέχρι Καρχηδόνος· οὐ πολὺ δὲ τῆς Κορσούρας διέχουσιν, οὐδὲ τῆς Σικελίας ἄλλαι τε νῆσοι καὶ Αἰγίμουρος. διάπλους δ' ἐστὶν ἐκ Καρχηδόνος ἑξήκοντα σταδίων εἰς τὴν προσεχῆ περαίαν, ὅθεν εἰς Νέφεριν ἀνάβασις σταδίων ἑκατὸν εἴκοσι, πόλιν (δ') ἐρυμνὴν ἐπὶ πέτρας ᾠκισμένην. ἐν αὐτῷ δὲ

trecentas urbes in Libya habebant; in urbe hominum millia septingenta. Obsessi porro et ut ad deditionem spectarent coacti, armaturæ gravis tradiderunt ducenta millia, catapelticorum instrumentorum tria (*duo?*) millia, ne porro eis bellum fieret. Sed quum renovare bellum decrevissent, statim arma fabricari cœperunt, ac singulis diebus centum quadraginta clypei compacti in armamentarium referebantur, et gladii trecenti et lanceæ quingenta: et mille tela, quæ e catapultis mitterentur; ad quarum funes conficiendos ancillæ crines præbebant. Quumque inde a quinquaginta annis secundum pacta in bello secundo inita nonnisi duodecim naves haberent, tum, quamquam in arcem jam confugerant, duobus mensibus centum viginti naves cataphractas construxerunt, et quum Cothonis ostium præsidio occuparetur, aliud effodere, unde subito classis erupit; adhuc enim antiqua materies in promptu erat, et fabrorum multitudo publicis alimentis sustentata, operi faciundo intenta. Carthago tamen, tanta quum esset, capta est et deleta. Ditionem Carthaginiensibus subditam Romani in provinciæ formam redegerunt, nisi quod Masanassæ partem tradiderunt, ejusque posteris a Micipsa genus ducentibus. Masanassam hunc ob virtutem et amicitiam plurimi Romani fecerunt; is enim Nomades civiles et agricolas reddidit, et loco latrociniorum eos militiam docuit. Singulare quiddam hominibus iis accidit. Nam quum regionem uberem colerent, nisi quod feris abundabat, his omissis et agri tuto colendi studio, in sese manus converterunt, agro feris dimisso. Itaque contigit eis, ut vagi et patriæ expertes vitam agerent, haud aliter quam qui ob inopiam et locorum sterilitatem et aeris inclementiam ad ejusmodi vitæ genus adiguntur; hinc etiam Masæsylii Nomadum seu Vagantium nomen sunt adepti. Est vero necesse tales victu uti vili, frequentius radices edere quam carnem, lacte autem et caseo nutriri. Postquam diu Carthago deserta permansit, et per idem fere tempus per quod Corinthus, rursum a divo Cæsare sub idem fere tempus instaurata est, missis eo colonis Romanis, quibus liberet, et militum nonnullis, et nunc ita civibus frequentatur, ut urbs Libyæ nulla melius.

16. In medio ostio Carthaginiensis sinus insula est Corsura. His locis e regione opponitur Lilybæum Siciliæ, mille quingentorum fere stadiorum intervallo; tantam enim esse dicunt inter Lilybæum et Carthaginem distantiam. Non procul a Corsura et Sicilia distant quum aliæ complures insulæ, tum etiam Ægimurus. Navigatio autem sexaginta stadiorum est Carthagine in proxime oppositam continentem, inde ad Nepherim adscensus est stadiorum centum et viginti, urbem natura munitam et super petra ædificatam.

τῷ κόλπῳ, ἐν ᾧπερ καὶ ἡ Καρχηδών, Τύνις ἐστὶ πόλις καὶ θερμὰ καὶ λατομίαι τινές· εἶθ' ἡ Ἑρμαία ἄκρα τραχεῖα, καὶ ἐπ' αὐτῇ πόλις ὁμώνυμος· εἶτα Νεάπολις· εἶτ' ἄκρα Ταφῖτις, καὶ ἐπ' αὐτῇ λόφος Ἀσπὶς καλούμενος ἀπὸ τῆς ὁμοιότητος, ὅνπερ συνῴκισεν ὁ τῆς Σικελίας τύραννος Ἀγαθοκλῆς, καθ' ὃν καιρὸν ἐπέπλευσε τοῖς Καρχηδονίοις· συγκατεσπάσθησαν δὲ τῇ Καρχηδονίᾳ ὑπὸ Ῥωμαίων αἱ πόλεις αὗται. ἀπὸ δὲ τῆς Ταφίτιδος ἐν τετρακοσίοις σταδίοις νῆσός ἐστι Κόσσουρος κατὰ Σελινοῦντα τῆς Σικελίας ποταμόν, καὶ πόλιν ἔχουσα ὁμώνυμον, ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα σταδίων οὖσα τὴν περίμετρον, διέχουσα τῆς Σικελίας περὶ ἑξακοσίους σταδίους· ἔστι δὲ καὶ Μελίτη νῆσος ἐν πεντακοσίοις σταδίοις ἀπὸ τῆς Κοσσούρου. εἶτα Ἀδρύμης πόλις, ἐν ᾗ καὶ νεώρια ἦν· εἶθ' αἱ Ταριχεῖαι λεγόμεναι, νησία πολλὰ καὶ πυκνά· εἶτα Θάψος πόλις, καὶ μετὰ ταύτην νῆσος πελαγία Λοπαδοῦσσα· εἶτα ἄκρα Ἄμμωνος Βαλίθωνος † πρὸς θυννοσκοπίαν· εἶτα Θένα πόλις παρὰ τὴν ἀρχὴν κειμένη τῆς μικρᾶς Σύρτεως· πολλαὶ δ' εἰσὶ καὶ ἄλλαι μεταξὺ πολίχναι οὐκ ἄξιαι μνήμης· παράκειται δὲ τῇ ἀρχῇ τῆς Σύρτεως νῆσος παραμήκης, ἡ Κέρκιννα, εὐμεγέθης, ἔχουσα ὁμώνυμον πόλιν, καὶ ἄλλη ἐλάττων Κερκιννῖτις.

17. Συνεχὴς δ' ἐστὶν ἡ μικρὰ Σύρτις, ἣν καὶ Λωτοφαγῖτιν Σύρτιν λέγουσιν. ἔστι δ' ὁ μὲν κύκλος τοῦ κόλπου τούτου σταδίων χιλίων ἑξακοσίων, τὸ δὲ πλάτος τοῦ στόματος ἑξακοσίων· καθ' ἑκατέραν [δὲ] τὴν ἄκραν τὴν ποιοῦσαν τὸ στόμα προσεχεῖς εἰσι τῇ ἠπείρῳ νῆσοι, ἥ τε λεχθεῖσα Κέρκιννα καὶ ἡ Μῆνιγξ, πάρισοι τοῖς μεγέθεσι. τὴν δὲ Μήνιγγα νομίζουσιν εἶναι τὴν τῶν Λωτοφάγων γῆν τὴν ὑφ' Ὁμήρου λεγομένην, καὶ δείκνυταί τινα σύμβολα, καὶ βωμὸς Ὀδυσσέως καὶ αὐτὸς ὁ καρπός· πολὺ γάρ ἐστι τὸ δένδρον ἐν αὐτῇ τὸ καλούμενον λωτόν, ἔχον ἥδιστον καρπόν· πλείους δ' εἰσὶν ἐν αὐτῇ πολίχναι, μία δ' ὁμώνυμος τῇ νήσῳ· καὶ ἐν αὐτῇ δὲ τῇ Σύρτει πολίχναι τινές εἰσι. κατὰ δὲ τὸν μυχόν ἐστι παμμέγεθες ἐμπόριον, ποταμὸν ἔχον ἐμβάλλοντα εἰς τὸν κόλπον· διατείνει δὲ μέχρι δεῦρο τὰ τῶν ἀμπώτεων πάθη καὶ τῶν πλημμυρίδων, καθ' ὃν καιρὸν ἐπὶ τὴν θήραν τῶν ἰχθύων ἐπιπηδῶσιν οἱ πρόσχωροι ατὰ σπουδὴν θέοντες.

18. Μετὰ δὲ τὴν Σύρτιν Ζοῦχίς ἐστι λίμνη σταδίων τετρακοσίων στενὸν ἔχουσα εἴσπλουν καὶ παρ' αὐτὴν πόλις ὁμώνυμος πορφυροβαφεῖα ἔχουσα καὶ ταριχείας παντοδαπάς· εἶτ' ἄλλη λίμνη πολὺ ἐλάττων· καὶ μετὰ ταύτην Ἀβρότονον πόλις καὶ ἄλλαι τινές, συνεχῶς δὲ Νεάπολις, ἣν καὶ Λέπτιν καλοῦσιν· ἐντεῦθεν δ' ἐστὶ δίαρμα τὸ [ἐπὶ] Λοκρῶν τῶν Ἐπιζεφυρίων τρισχίλιοι ἑξακόσιοι στάδιοι. ἑξῆς δ' ἐστὶ ποταμός· καὶ μετὰ ταῦτα διατείχισμά τι, ὃ ἐποίησαν Καρχηδόνιοι, γεφυροῦντες βάραθρά τινα εἰς τὴν χώραν ἀνέχοντα· εἰσὶ δὲ καὶ ἀλίμενοί τινες ἐνταῦθα τόποι, τῆς ἄλλης παραλίας ἐχούσης λιμένας· εἶτ' ἄκρα ὑψηλὴ καὶ ὑλώδης, ἀρχὴ τῆς μεγάλης Σύρτεως, καλοῦσι δὲ Κεφαλάς· εἰς ταύτην

In sinu Carthaginiensi est etiam Tunis civitas et aquæ calidæ et lapicidinæ quædam; deinde Hermæa, promontorium asperum, ac prope id urbs cognominis; mox Neapolis; inde Taphitis promontorium et in eo collis quidam Aspis nomine, a similitudine clypei appellatus, quem Agathocles, Siciliæ tyrannus, incolis frequentavit, quo tempore adversus Carthaginienses classem duxit. Hæ urbes a Romanis una cum Carthagine sunt eversæ. Stadiis quadringentis a Taphitide est Cossurus insula, contra Selinuntem, Siciliæ fluvium, posita, ambitum habens centum quinquaginta stadiorum, et urbem eodem nomine; distat a Sicilia sexcenta circiter stadia. Melite etiam insula abest a Cossura stadiis quingentis. Deinde est Adrymes civitas, in qua etiam erant navalia. Sequuntur insulæ multæ et inter se vicinæ nomine Tarichiæ; hinc urbs Thapsus contra (κατὰ) quam insula in alto jacens est Lopadussa; sequitur Ammonis Balithonis promontorium, in quo est turris (ἐν ᾧ πύργος?) ad speculandum thynnos; postea Thena (Θαίνα *h. l. codd.*) urbs juxta parvæ Syrtis initium. Alia quoque oppidula permulta interjacent non digna memoratu. In principio Syrtis est Cercinna, insula oblonga, permagna, quæ urbem habet eodem nomine, et altera minor, *Cercinnitis*.

17. His continua est minor Syrtis, quam Lotophagitim Syrtim etiam dicunt. Hujus sinus ambitus est fere stadiorum mille et sexcentorum, oris latitudo sexcentorum. Juxta utrumque promontorium, quæ os efficiunt, insulæ adjacent continenti, Cercinna scilicet, de qua diximus, et Meninx, magnitudine æquales. Meningem Lotophagorum terram putant, cujus Homerus (*Od.* 9, 84) meminit; et signa quædam monstrantur, Ulyssis ara et fructus ipse. Nam lotus arbor crebra in ea est fructu suavissimo; plura etiam in ea oppida sunt, sed unum eodem nomine quo insula; in ipsa Syrti item oppidula quædam sunt. In recessu autem est ingens emporium, quod flumen allabitur in sinum exiens. Maris autem æstus hucusque pertendunt; quorum tempore finitimi maximo studio ad captandos pisces excurrunt.

18. Post Syrtim est lacus, nomine Zuchis, quadringentorum fere stadiorum, ingressu arcto; urbs cognominis ei adjacet, purpuri infecturas et omnis generis salsamenta habens. Hinc est alius lacus longe minor, post quem est Abrotonum urbs et aliquot aliæ; continuo sequitur Neapolis, quam etiam Leptim vocant; inde ad Epizephyrios Locros trajectus est stadiorum ter mille et sexcentorum; postea est flumen (*Cinyps*); hinc murus quidam, quem Carthaginienses condiderunt, voraginibus quibusdam ponte instratis, quæ in regionem recedebant; sunt ibi etiam loca quædam importuosa, quum cetera ora portus habeat. Postea est promontorium altum et silvosum, magnæ Syrtis

δὲ τὴν ἄκραν ἐκ Καρχηδόνος στάδιοί εἰσι μικρῷ πλείους τῶν κενταχισχιλίων.

19. Ὑπέρκειται δὲ τῆς ἀπὸ Καρχηδόνος παραλίας μέχρι Κεφαλῶν καὶ μέχρι τῆς Μασαισυλίων ἡ τῶν Λιβοφοινίκων γῆ μέχρι τῆς τῶν Γαιτούλων ὀρεινῆς, ἤδη Λιβυκῆς οὔσης. ἡ δ' ὑπὲρ τῶν Γαιτούλων ἐστὶν ἡ τῶν Γαραμάντων γῆ παράλληλος ἐκείνῃ, ὅθεν οἱ Καρχηδόνιοι κομίζονται λίθοι· τοὺς δὲ Γαράμαντας ἀπὸ τῶν Αἰθιόπων (καὶ) τῶν παρωκεανιτῶν ἀφεστάναι φασὶν ἡμερῶν ἐννέα ἢ καὶ δέκα ὁδόν· τοῦ δὲ Ἄμμωνος καὶ πεντεκαίδεκα. μεταξὺ δὲ τῆς Γαιτούλων καὶ τῆς ἡμετέρας παραλίας πολλὰ μὲν πεδία, πολλὰ δὲ ὄρη καὶ λίμναι μεγάλαι καὶ ποταμοί, ὧν τινες καὶ καταδύντες ὑπὸ γῆς ἀφανεῖς γίνονται· λιτοὶ δὲ σφόδρα τοῖς βίοις εἰσὶ καὶ τῷ κόσμῳ, πολυγύναικες δὲ καὶ πολύπαιδες, τἆλλα δὲ ἐμφερεῖς τοῖς νομάσι τῶν Ἀράβων· καὶ ἵπποι δὲ καὶ βόες μακροτραχηλότεροι τῶν παρ' ἄλλοις· ἱπποφόρβια δ' ἐστὶν ἐσπουδασμένα διαφερόντως τοῖς βασιλεῦσιν, ὥστε καὶ ἀριθμὸν ἐξετάζεσθαι πώλων κατ' ἔτος εἰς μυριάδας δέκα. τὰ δὲ πρόβατα γάλακτι καὶ κρέασιν ἐκτρέφεται, καὶ μάλιστα πρὸς τοῖς Αἰθίοψι. τοιαῦτα μὲν τὰ ἐν τῇ μεσογαίᾳ.

20. Ἡ δὲ μεγάλη Σύρτις τὸν μὲν κύκλον ἔχει σταδίων [τρισχιλίων] ἐνναχοσίων τριάκοντά που, τὴν δ' ἐπὶ τὸν μυχὸν διάμετρον χιλίων πεντακοσίων, τοσοῦτον δέ που καὶ τὸ τοῦ στόματος πλάτος. ἡ χαλεπότης δὲ καὶ ταύτης τῆς Σύρτεως καὶ τῆς μικρᾶς......, ὅτι πολλαχοῦ τεναγώδης ἐστὶν ὁ βυθὸς καὶ κατὰ τὰς ἀμπώτεις καὶ τὰς πλημμυρίδας συμβαίνει τισὶν ἐμπίπτειν εἰς τὰ βράχη καὶ καθίζειν, σπάνιον δ' εἶναι τὸ σωζόμενον σκάφος. διόπερ πόρρωθεν τὸν παράπλουν ποιοῦνται, φυλαττόμενοι, μὴ ἐμπέσοιεν εἰς τοὺς κόλπους ὑπ' ἀνέμων ἀφύλακτοι ληφθέντες· τὸ μέντοι παρακίνδυνον τῶν ἀνθρώπων ἁπάντων διαπειρᾶσθαι ποιεῖ, καὶ μάλιστα τῶν παρὰ γῆν περίπλων. εἰσπλέοντι δὴ τὴν μεγάλην Σύρτιν ἐν δεξιᾷ μετὰ τὰς Κεφαλάς ἐστι λίμνη τριακοσίων που σταδίων τὸ μῆκος, ἑβδομήκοντα δὲ τὸ πλάτος, ἐκδιδοῦσα εἰς τὸν κόλπον, ἔχουσα καὶ νησία καὶ ὕφορμον πρὸ τοῦ στόματος. μετὰ δὲ τὴν λίμνην τόπος ἐστὶν Ἀσπὶς καὶ λιμὴν κάλλιστος τῶν ἐν τῇ Σύρτει. συνεχὴς δὲ ὁ Εὐφράντας πύργος ἐστίν, ὅριον τῆς πρότερον Καρχηδονίας γῆς καὶ τῆς Κυρηναίας τῆς ὑπὸ Πτολεμαίῳ· εἶτ' ἄλλος τόπος, Χάραξ καλούμενος, ᾧ ἐμπορίῳ ἐχρῶντο Καρχηδόνιοι κομίζοντες οἶνον, ἀντιφορτιζόμενοι δὲ ὀπὸν καὶ σίλφιον παρὰ τῶν ἐκ Κυρήνης λάθρα παρακομιζόντων· εἶθ' οἱ Φιλαίνων βωμοί· καὶ μετὰ τούτους Αὐτόμαλα, φρούριον φυλακὴν ἔχον, ἱδρυμένον κατὰ τὸν μυχὸν τοῦ κόλπου παντός· ἔστι δ' ὁ διὰ τοῦ μυχοῦ τούτου παράλληλος, τοῦ μὲν δι' Ἀλεξανδρείας μικρῷ νοτιώτερος χιλίοις σταδίοις, τοῦ δὲ διὰ Καρχηδόνος ἐλάττοσιν ἢ δισχιλίοις· πίπτοι δ' ἂν τῇ μὲν καθ' Ἡρώων πόλιν τὴν ἐν τῷ μυχῷ τοῦ Ἀραβίου κόλπου, τῇ δὲ κατὰ τὴν μεσόγαιαν τῶν Μασαισυλίων καὶ τῶν Μαυρουσίων. (ὅπου) τὸ λειπόμενον ἤδη τῆς

initium, quod Cephalas sive Capita vocant. Carthagine ad hoc promontorium sunt stadia quinquies mille et plura.

19. Superjacet autem oræ a Carthagine usque ad Cephalas et Massæsylios Libophœnicum terra usque ad Gætuliæ montana, quæ jam sunt mere Libyca. Supra Gætuliam est Garamantum regio, quæ cum illa æqualibus spatiis porrigitur, unde Carchedonii lapilli afferuntur. Dicunt Garamantas ab Æthiopibus Oceani accolis abesse novem aut decem dierum itinere, ab Ammone quindecim. Inter Gætuliam et nostram oram multi campi interjacent, multi item montes et magni lacus et flumina, quorum quædam in terram demersa evanescunt. Hi et in victu et ornatu frugales sunt, uxores multas et multos filios habent, cetera Arabum Nomadibus persimiles. Eorum equi et boves ungulas ceteris longiores habent. Reges plurimum equis educandis student, ita ut ad centena pullorum millia quotannis, inquisitione facta, recenseantur. Oves carne et lacte nutriuntur, præsertim in locis Æthiopiæ vicinis. Atque in mediterranea quidem hæc.

20. Major vero Syrtis *ter mille* et nongentorum et triginta (?) stadiorum ambitum habet, diametrum intimi sinus mille et quingentorum, quanta fere etiam oris est latitudo. Difficultas vero tum hujus tum minoris Syrtis *ex eo oritur* (ἐκ τούτου γίνεται), quod, quum multis in locis fundus sit vadosus ac cœnosus, propter æstus maris contingit, ut multi in brevia illapsi hæreant, et raro navigia evadant: itaque solent procul ab iis navigare, caventes, ne incaute a ventis correpti in sinus istos illidantur. Attamen hominum audacia, quum omnia alia, tum istas etiam juxta terram navigationes (παράπλων) non veretur tentare. In majorem igitur Syrtim innaviganti post Cephalas ad dextram est lacus trecentorum fere stadiorum longitudine, latitudine septuaginta, in sinum effluens, et insulas quoque quasdam habens et stationem ante os. Post lacum est locus nomine Aspis, et portus omnium qui sint in Syrti optimus. Deinceps est Euphrantas turris, Carthaginiensis regionis et Cyrenaicæ, Ptolemæo subditæ, limes; postea alius locus nomine Charax, quo Carthaginienses emporio utebantur advehentes vinum, ejusque loco succum et laserpitium reportantes ab iis, qui id ex Cyrena clam exportabant. Postea sunt Philænorum aræ. Tum Automala, castellum præsidium habens, in totius sinus recessu positum. Qui per hunc recessum sinus ducitur parallelus, Alexandriæ parallelo australior est paulo minus mille stadiis, Carthaginis parallelo paucioribus quam duobus millibus; ergo ab altera parte inciderit in Heroum urbem quæ est in intimo Arabici sinus recessu, ab altera in Massæsyliorum et Maurusiorum mediterraneam. Jam

παραλίας ἐστὶν εἰς πόλιν Βερενίκην στάδιοι (ἐνναχισ) χίλιοι πεντακόσιοι. ὑπέρκεινται δὲ τοῦ μήκους τοῦδε (πλάτους) παρήκοντες καὶ μέχρι τῶν Φιλαίνου βωμῶν οἱ προσαγορευόμενοι Νασαμῶνες, Λιβυκὸν ἔθνος· ἔχει δὲ τὸ μεταξὺ διάστημα καὶ λιμένας οὐ πολλοὺς ὑδρεῖά τε σπάνια. ἔστι δὲ ἄκρα λεγομένη Ψευδοπενιάς, ἐφ' ἧς ἡ Βερενίκη τὴν θέσιν ἔχει παρὰ λίμνην τινὰ Τριτωνιάδα, ἐν ᾗ μάλιστα νησίον ἐστὶ καὶ ἱερὸν τῆς Ἀφροδίτης ἐν αὐτῷ. ἔστι δὲ καὶ λιμὴν Ἑσπερίδων, καὶ ποταμὸς ἐμβάλλει Λάθων. ἐνδοτέρω δὲ τῆς Βερενίκης ἐστὶ τὸ μικρὸν ἀκρωτήριον λεγόμενον Βόρειον, ὃ ποιεῖ τὸ στόμα τῆς Σύρτεως πρὸς τὰς Κεφαλάς· κεῖται δὲ ἡ Βερενίκη κατὰ τὰ ἄκρα τῆς Πελοποννήσου, κατὰ τὸν καλούμενον Ἰχθύν...... · καὶ ἔτι κατὰ τὴν Ζάκυνθον, ἐν διάρματι σταδίων τρισχιλίων ἑξακοσίων. ἐκ ταύτης τῆς πόλεως τριακοσταῖος πεζῇ περιώδευσε τὴν Σύρτιν Μάρκος Κάτων, κατάγων στρατιὰν πλειόνων ἢ μυρίων ἀνδρῶν, (ὁ) εἰς μέρη διελὼν τῶν ὑδρείων χάριν· ὥδευσε δὲ πεζὸς ἐν ἄμμῳ βαθείᾳ καὶ καύμασι. μετὰ δὲ Βερενίκην πόλις ἐστὶ Ταύχειρα, ἣν καὶ Ἀρσινόην καλοῦσιν· εἶθ' ἡ Βάρκη πρότερον, νῦν δὲ Πτολεμαΐς· εἶτα Φυκοῦς ἄκρα, ταπεινὴ μέν, πλεῖστον δ' ἐκκειμένη πρὸς ἄρκτον παρὰ τὴν ἄλλην (τὴν) Λιβυκὴν παραλίαν· κεῖται δὲ κατὰ Ταίναρον τῆς Λακωνικῆς ἐν διάρματι δισχιλίων ὀκτακοσίων σταδίων· ἔστι δὲ καὶ πολίχνιον ὁμώνυμον τῇ ἄκρᾳ. οὐ πολὺ δὲ τοῦ Φυκοῦντος ἀπέχει τὸ τῶν Κυρηναίων ἐπίνειον ἡ Ἀπολλωνιάς, ὅσον ἑκατὸν καὶ ἑβδομήκοντα σταδίοις, τῆς δὲ Βερενίκης χιλίοις, τῆς δὲ Κυρήνης ὀγδοήκοντα, πόλεως μεγάλης ἐν τραπεζοειδεῖ πεδίῳ κειμένης, ὡς ἐκ τοῦ πελάγους ἑωρῶμεν αὐτήν.

21. Ἔστι δὲ Θηραίων κτίσμα, Λακωνικῆς νήσου, ἣν καὶ Καλλίστην ὠνόμαζον τὸ παλαιόν, ὥς φησι καὶ Καλλίμαχος·

Καλλίστη τὸ πάροιθε, τὸ δ' ὕστερον οὔνομα Θήρη,
μήτηρ εὐίππου πατρίδος ἡμετέρης.

κεῖται δὲ τὸ τῶν Κυρηναίων ἐπίνειον κατὰ τὸ ἑσπέριον τῆς Κρήτης ἄκρον, τὸ τοῦ Κριοῦ μέτωπον, ἐν διάρματι [δισ]χιλίων σταδίων· ὁ δὲ πλοῦς Λευκονότῳ. λέγεται δὲ ἡ Κυρήνη κτίσμα Βάττου· πρόγονον δὲ τοῦτον ἑαυτοῦ φάσκει Καλλίμαχος· ηὐξήθη δὲ διὰ τὴν ἀρετὴν τῆς χώρας· καὶ γὰρ ἱπποτρόφος ἐστὶν ἀρίστη καὶ καλλίκαρπος, καὶ πολλοὺς ἄνδρας ἀξιολόγους ἔσχε καὶ δυναμένους ἐλευθερίας ἀξιολόγως προΐστασθαι καὶ πρὸς τοὺς ὑπερκειμένους βαρβάρους ἰσχυρῶς ἀντέχειν. τὸ μὲν οὖν παλαιὸν αὐτόνομος ἦν ἡ πόλις· εἶτα οἱ τὴν Αἴγυπτον κατασχόντες Μακεδόνες αὐξηθέντες ἐπέθεντο αὐτοῖς, ἀρξάντων τῶν περὶ Θίβρωνα τῶν ἀνελόντων τὸν Ἅρπαλον. βασιλευθέντες δὲ χρόνους τινὰς εἰς τὴν Ῥωμαίων ἐξουσίαν ἦλθον, καὶ νῦν ἐστιν ἐπαρχία τῇ Κρήτῃ συνεζευγμένη. τῆς δὲ Κυρήνης ἐστὶ περιπόλια ἥ τε Ἀπολλωνία καὶ ἡ Βάρκη καὶ ἡ Ταύχειρα καὶ Βερενίκη καὶ τὰ ἄλλα πολίχνια τὰ πλησίον.

22. Ὁμορεῖ δὲ τῇ Κυρηναίᾳ ἡ τὸ σίλφιον φέρουσα

quod reliquum est oræ maritimæ usque ad urbem Berenicen, stadia sunt mille et quinquaginta. In longum supra hanc oram et usque ad Philæni aras pertinent Nasamones qui appellantur, Libyca gens. In eo spatio interjacent portus non multi, aquationes etiam perexiguæ. Est vero promontorium, Pseudopenias nomine, in quo Berenice sita est, juxta lacum quendam Tritonidem, in quo etiam parva insula est, quæ Veneris templum habet. Est porro Hesperidum portus, in quem fluvius Lathon exit. Cis Berenicen est promontorium parvum, Boreum seu Septentrionale, quod Syrtis fauces ad Cephalas facit. Berenice jacet contra Peloponnesi extremitates, scilicet contra Ichthyn seu Piscem, quem dicunt, *et Chelonatam* (καὶ τὸν Χελωνάταν), nec non contra Zacynthum stadiorum ter mille et sexcentorum intervallo. Ex hac urbe M. Cato terrestri itinere Syrtim circuivit spatio dierum triginta supra decem millium hominum ducens exercitum in partes divisum aquandi causa; profectus autem est pedes per æstum et profundam arenam. Post Berenicen est urbs Tauchira, quam etiam Arsinoen vocant; hinc est Barce olim, nunc Ptolemais dicta; deinde Phycûs, promontorium humile quidem, sed maxime porrectum ad aquilonem, comparata reliqua Libyæ ora; contra Tænarum Laconiæ jacet, bis mille et octingentorum stadiorum trajectu. Est etiam ibi oppidulum eodem nomine, quo promontorium. Non procul a Phycunte est Apollonias (*Apollonia, infra*) emporium Cyrenensium, ad centum septuaginta ab eo distans stadia, a Berenice mille, a Cyrene, urbe maxima, octoginta. Cyrene urbs magna est, in campo jacens mensæ formam referente, ut quidem nobis e mari visa fuit.

21. Cyrenen Theræi condiderunt, e Thera, Laconica insula, quæ olim Callista dicebatur, ut Callimachus ait:

Nomine Calliste primum, sed postmodo Thera:
Mater equûm ditis mi fuit hæc patriæ.

Cyrenensium navale occidentali Cretæ promontorio, quod est Criû metopon, opponitur [bis] mille stadiorum trajectu; navigatur autem Leuconoto vento. Cyrenen a Batto conditam tradunt, a quo se genus ducere Callimachus ait. Ea ob regionis bonitatem plurimum crevit; nam et equorum nutrix est, et fructus optimos fert; viros etiam claros complures habuit, qui et libertatem optime tueri noverant, et imminentibus barbaris fortiter resistere. Sui antiquitus juris fuit, postea Macedones, Ægypto potiti ac potentia aucti, eam adorti sunt Thibronis ductu, qui Harpalum interfecerat. Regem postea aliquamdiu habuere Cyrenenses, inde in Romanorum potestatem devenere, et nunc provincia est Cyrenaica cum Creta conjuncta. Cyrenaicæ oppida sunt, Apollonia, Barce, Tauchira, Berenice et alia quædam proxima.

22. Cyrenaicæ finitima est regio, quæ silphium sive la-

καὶ τὸν ὀπὸν τὸν Κυρηναῖον, ὃν ἐκφέρει τὸ σίλφιον ὀπισθέν· ἐγγὺς δ' ἦλθε τοῦ ἐκλιπεῖν, ἐπελθόντων τῶν βαρβάρων κατὰ ἔχθραν τινὰ καὶ φθειράντων τὰς ῥίζας τοῦ φυτοῦ· εἰσὶ δὲ νομάδες. ἄνδρες δ' ἐγένοντο γνώριμοι Κυρηναῖοι Ἀρίστιππός τε ὁ Σωκρατικός, ὅστις καὶ τὴν Κυρηναϊκὴν κατεβάλετο φιλοσοφίαν, καὶ θυγάτηρ, Ἀρήτη τοὔνομα, ἥπερ διεδέξατο τὴν σχολήν, καὶ ὁ ταύτην πάλιν διαδεξάμενος υἱὸς Ἀρίστιππος, ὁ κληθεὶς Μητροδίδακτος, καὶ Ἀννίκερις, ὁ δοκῶν ἐπανορθῶσαι τὴν Κυρηναϊκὴν αἵρεσιν καὶ παραγαγεῖν ἀντ' αὐτῆς τὴν Ἀννικερίαν. Κυρηναῖος δ' ἐστὶ καὶ Καλλίμαχος καὶ Ἐρατοσθένης, ἀμφότεροι τετιμημένοι παρὰ τοῖς Αἰγυπτίων βασιλεῦσιν, ὁ μὲν ποιητὴς ἅμα καὶ περὶ γραμματικὴν ἐσπουδακώς, ὁ δὲ καὶ ταῦτα καὶ περὶ φιλοσοφίαν καὶ τὰ μαθήματα, εἴ τις ἄλλος, διαφέρων. ἀλλὰ μὴν καὶ Καρνεάδης (οὗτος δὲ τῶν ἐξ Ἀκαδημίας ἄριστος φιλοσόφων ὁμολογεῖται) καὶ ὁ Κρόνος δὲ Ἀπολλώνιος ἐκεῖθέν ἐστιν, ὁ τοῦ διαλεκτικοῦ Διοδώρου διδάσκαλος, τοῦ καὶ αὐτοῦ Κρόνου προσαγορευθέντος, μετενεγκάντων τινῶν τὸ τοῦ διδασκάλου ἐπίθετον ἐπὶ τὸν μαθητήν. μετὰ δὲ τὴν Ἀπολλωνίαν ἐστὶν ἡ λοιπὴ τῶν Κυρηναίων παραλία μέχρι Καταβαθμοῦ σταδίων δισχιλίων διακοσίων, οὐ πάνυ εὐπαράπλους· καὶ γὰρ λιμένες ὀλίγοι καὶ ὕφορμοι καὶ κατοικίαι καὶ ὑδρεῖα. τῶν δὲ μάλιστα ὀνομαζομένων κατὰ τὸν παράπλουν τόπων τό τε Ναύσταθμόν ἐστι καὶ τὸ Ζεφύριον πρόσορμον ἔχον καὶ ἄλλο Ζεφύριον καὶ ἄκρα Χερρόνησος λιμένα ἔχουσα· κεῖται δὲ κατὰ † Κύκλον τῆς Κρήτης ἐν διάρματι χιλίων καὶ πεντακοσίων σταδίων νότῳ· εἶτα Ἡράκλειόν τι ἱερὸν καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ κώμη Παλίουρος· εἶτα λιμὴν Μενέλαος καὶ † Ἀρδανίξις, ἄκρα ταπεινὴ ὕφορμον ἔχουσα· εἶτα μέγας λιμήν, καθ' ὃν ἡ ἐν τῇ Κρήτῃ Χερρόνησος ἵδρυται, τρισχιλίων που σταδίων δίαρμα ἀπολείπουσα μεταξύ· ὅλη γὰρ σχεδόν τι τῇ παραλίᾳ ταύτῃ ἀντίκειται παράλληλος ἡ Κρήτη στενὴ καὶ μακρά. μετὰ δὲ τὸν μέγαν λιμένα ἄλλος λιμὴν Πλῦνος, καὶ ὑπὲρ αὐτὸν Τετραπυργία. † τὸ δὲ λοιπὸν ἤδη μέχρι Παραιτονίου, κἀκεῖθεν εἰς Ἀλεξάνδρειαν· καλεῖται δὲ ὁ τόπος Κατάβαθμος· μέχρι δεῦρο ἡ Κυρηναία. ἣ καὶ εἴρηται ἡμῖν ἐν τοῖς Αἰγυπτιακοῖς.

22. Τὴν δ' ὑπερκειμένην ἐν βάθει χώραν τῆς Σύρτεως καὶ τῆς Κυρηναίας κατέχουσιν οἱ Λίβυες, παράλυπρον καὶ αὐχμηράν· πρῶτοι μὲν οἱ Νασαμῶνες, ἔπειτα Ψύλλοι καί τινες Γαίτουλοι, ἔπειτα Γαράμαντες· πρὸς ἕω δ' ἔτι μᾶλλον οἱ Μαρμαρίδαι, προσχωροῦντες ἐπὶ πλέον τῇ Κυρηναίᾳ καὶ παρατείνοντες μέχρι Ἄμμωνος. τεταρταίους μὲν οὖν φασιν ἀπὸ τοῦ μυχοῦ τῆς μεγάλης Σύρτεως τοῦ κατ' Αὐτόμαλά πως βαδίζοντας ὡς ἐπὶ χειμερινὰς ἀνατολὰς.......... ἀφικνεῖσθαι. ἔστι δὲ ὁ τόπος οὗτος ἐμφερὴς τῷ Ἄμμωνι, φοινικοτρόφος τε καὶ εὔυδρος· ὑπέρκειται δὲ τῆς Κυρηναίας (τῆς) πρὸς μεσημβρίαν· μέχρι μὲν σταδίων ἑκατὸν καὶ δενδροφόρος ἐστὶν ἡ γῆ· μέχρι δ' ἄλλων ἑκατὸν

serpicium producit, et Cyrenaicum succum, quem ex inciso laserpicio colligunt. Id propemodum defecit, quum aliquando barbari, impressione facta, radices ejus odio impulsi eruissent. Sunt hi Nomades. Cyrene illustres viros tulit Aristippum Socraticum, qui Cyrenaicæ sectæ auctor fuit, et Aretea, ejus filiam, quæ in schola successit; rursumque hujus filium Aristippum, qui in matris locum subiit, et quod a matre esset edoctus, Metrodidacti cognomen tulit. Ibi natus etiam fuit Anniceris, qui Cyrenaicam sectam videtur emendasse, et Annicerìam ab sese propagasse. Callimachus quoque Cyrenæus est, et Eratosthenes, ambo ab Ægypti regibus in honore habiti, ille poeta simul et grammaticæ studiosus, hic et in his et in mathematicis, ut quisquam alius, excellens. At vero etiam Carneades, quem Academicorum optimum uno ore dicunt, hinc oriundus est, et Cronus Apollonius, Diodori dialectici magister, qui et ipse Cronus dictus est, magistri cognomine in discipulum a quibusdam translato. Post Apolloniam est reliqua Cyrenæorum ora usque ad eum locum, qui Catabathmus dicitur, stadiorum bis mille et ducentorum, præternavigatu non sane commoda propter portuum et habitationum et aquarum inopiam. In hac ora maritima loca sunt præcipue nobilia, Naustathmum et Zephyrium, quod stationem habet, et aliud Zephyrium, et Cherronesus promontorium cum portu; hoc oppositum est Cretæ Matalo (Μάταλον) MMD stadiorum intervallo, si quis secundo austro naviget. Postea est Heraclium fanum, ac supra id pagus Paliurus; tum portus Menelaus et Ardanis (Ἀρδανίς), humile promontorium, stationem habens; hinc magnus portus, cujus e regione est Cherronesus Cretæ ter mille fere stadiorum trajectu. Toti enim fere huic oræ Creta æquis intervallis opponitur, angusta ipsa ac longa. Post magnum portum est alius portus, nomine Plynus et supra eum Tetrapyrgia. Locus hic vocatur Catabathmus; hucusque pertinet Cyrenaica. Quod reliquum est usque ad Parætonium et hinc ad Alexandriam, jam exposuimus in descriptione Ægypti (καλεῖται δὲ... Κυρηναία. Τὸ δὲ λοιπὸν... Ἀλεξάνδρειαν ἤδη εἴρηται κτλ.)

23. Syrti et Cyrenaicæ superne incumbentem regionem Libyes obtinent, sterilem sane et aridam, primi Nasamones, postea Psylli et Gætulorum pars, deinde Garamantes; magis adhuc versus orientem sunt Marmaridæ ad Cyrenam propius accedentes, et usque ad Ammonem pertinentes. Jam vero narrant a recessu Syrtis majoris, qui est ad Automala fere (αὐτὸ μαλακῶς codd.), versus ortum hibernum proficiscentes quatridui itinere ad Augila (εἰς Αὔγιλα) pervenire. Hic locus est Ammoni similis, palmifer et aquosus; superjacet autem Cyrenaicæ meridiem versus; usque ad centum stadia regio etiam arbores fert; hinc ad alia centum seritur tantummodo; olyram

P. 712, 1. οὐκ inseruit Cor., Kr., Mein.; mirum tamen istud οὐκ ὀρυζοτροφεῖ, quum non videas, cur ὀρύζη potissimum hoc loco non provenire dicatur. Quare Meierus (*Botan. Erlæut. zu Strabo's Geogr.* p. 181) leg. proposuit :... μόνον, ὀλυροτροφεῖ, quod non magis placet. Ex *E* legi velim : οὐ ῥιζοτροφεῖ, adeo ut hæc regio non amplius δενδροφόρος sit, sicut est ea, cujus in antecc. meminerat. || φέρουσα ex *i* additum. || 10. οὐ add. Hopperus. || 16. τὰ μὲν οὖν καθ' ἡμᾶς μέρη τῆς οἰκουμένης codd., nisi quod in *Dhz* τὰ additur ante μέρη : em. Kr. || 20. καὶ bene om. *w*. || 26. πλὴν τῶν ἔξω *E*. || 35. οἱ om. codd., exc. *E*. || 37. Αἰθίοπες [πρὸς νότον] probabiliter Grosk. || 40. ἦν] ἡ codd.; em. Cor.

P. 713, 2. ὅσην ἦν εἰρ. codd., exc. *F*. || 5. ἡγεμονείας *F*, ἡγεμονίας cett. codd.; em. Cas. || 10. γε] τε codd.; em. Cor. || 15. στρατηγίας codd.; em. Cor. || 18. Verba καὶ τὸν Ἄτακα (Ἄττακα codd.) recte ej. Mein. || 24. προσώρισται Cor.

STRABONIS

TABULÆ.

PARISIIS. — EXCUDEBANT FIRMIN-DIDOT ET SOCIOS, VIA JACOB, 56.

STRABONIS

GEOGRAPHICORUM

TABULÆ XV.

INSTRUXIT

CAROLUS MÜLLERUS.



PARISIIS,

EDITORE AMBROSIO FIRMIN-DIDOT,

INSTITUTI FRANCIÆ TYPOGRAPHO,

VIA JACOB, 56.

M DCCC LXXX.


FEB
21
1883
NEW-YOR
354

TABULÆ

IN

STRABONIS GEOGRAPHICA.



PRÆFATIO.

Mirari subit qui fiat ut minora quædam scripta geographica sæpius sint tabulis explicata, illud vero quod omnium maximum hujus generis opus habemus, ejusmodi auxilio nemo hucusque instruxerit. Nam quæ in Falconeriana Strabonis editione tabulæ vel potius tabularum simulacra exstant, in censum venire nequeunt; ceteri autem editores aut omnem hanc provinciam defugerunt, aut in orbis terrarum imagine ad mentem Eratosthenis et Strabonis summis lineolis adumbranda acquieverunt. Et tamen ita res habet ut ad penitiorem Strabonianæ geographiæ intelligentiam et ad criticam in corruptissimo scriptore recte exercendam vix ullum sit accommodatius instrumentum quam tabulæ rite constructæ. Igitur Firminus Didot, sua ipsius commoda indefesso de literis bene merendi studio postponens, eâ quam omnes novimus liberalitate principe viro dignâ et nostro ævo in turpe lucrum unice intento nunquam satis laudandâ, universum Strabonis opus in tabulas expandendum curavit, quas nos, optimis usi auxiliis, quam fieri poterat diligentissime delineavimus; delineatas autem arte sua illustrarunt Jacobsius et Dalmontius, sculptores in hac urbe celeberrimi, quorum ille imagines terrarum, hic nomina æri commiserunt.

Bertius quidem (Theatr. Mundi, præf.) ipsum Strabonem πίνακας operi suo adjunxisse censuit : id vero tantum abest ut concedamus, ut Strabo haud credidisse nobis videatur fore ut aliquando existat qui suis Geographicorum libris innitens figuras regionum et fines provinciarum oppidorumque situs delineare suscepturus sit. Permulta enim eorum quæ in tali negotio magni momenti sunt, vel de industria Noster prorsus negligit vel levi bracchio tetigisse satis habet, tum quod orbis terrarum descriptio κολοσσουργία quædam est in qua τὸ καθ' ἕκαστον ἀκριβὲς negligere licet, tum vero quod istam exactæ et minutæ doctrinæ austeritatem a se alienam esse auctor existimavit, qui non geometris et pinacographis scripsit, sed hoc maxime sibi proposuit ut κοινὸν σύγγραμμα καὶ πολιτικὸν καὶ δημωφελὲς sui ævi lectoribus ingenuis in manus traderet (p. 11, 21). Idem disertis verbis profitetur (p. 147, 21) : Ὅσα μὲν φυσικῶς διώρισται, δεῖ λέγειν τὸν γεωγράφον καὶ ὅσα ἐθνικῶς, ὅταν ᾖ καὶ μνήμης ἄξια· ὅσα δ' οἱ ἡγεμόνες πρὸς τοὺς καιροὺς πολιτευόμενοι διατάττουσι ποικίλως, ἀρκεῖ κἂν ἐν κεφαλαίῳ τις εἴπῃ, τοῦ δ' ἀκριβοῦς ἄλλοις παραχωρητέον. Unde facile intelligitur in quantas angustias incidat si quis provinciarum limites e Strabone elicere studuerit. Huc accedit quod Strabo sua e variis fontibus colligens interdum non animadvertit verbis se jungere quæ tabularum lineis jungi nequeant (*).

Inter tabulas a Strabone adhibitas præter antiquiores illas, quæ Alexandrinis debebantur, fuisse etiam Agrippæ orbem pictum, verisimilis est virorum doctorum sententia (**), cujus probabilitatem iis maxime corroborari puto quæ p. 230, 27 de insulis Liparæis ex Chorographo traduntur. Hæc enim quum falsissima sint, adeo ut verba Strabonis corrupta nec ulla medicina sananda esse Kramerus existimaverit, tam egregie cum iis quæ in Tabula Peutingeriana delineata habes, conciaunt, ut orbem Agrippæ communem his subesse fontem haud dubitemus.

Ceterum non multum hinc proficimus; majoris autem in nostram rem momenti est quod easdem tabulas, quibus Straboni uti licebat, Ptolemæus quoque adhibuit. Quantacunque enim fuerint quæ Ptolemæus in melius mutaverit,

(*) Recte Rennelius (*Topography of the plain of Troy* p. 22) : « It appears clearly that he (Strabo) was not in habit ob subjecting his written Geography to the test of tabular construction; whence, in some cases, its accuracy and consistency were never put to the proof. »

(**) Præ ceteris v. Petersen in *Rhein. Mus.* tom. 8. p. 402 sqq.

haud pauca tamen talia reliquit qualia jam ante Strabonis ævum parum recte delineabantur; nam persæpe fit, ut opiniones perversissimas quas apud Strabonem legimus, in Ptolemæi quoque tabulis expressas videamus. Quem consensum non animadvertentes vel novissimi Strabonis interpretes haud semel commiserunt, ut quæ veteres geographi erraruut, ea supinæ librariorum negligentiæ imputarent, corrigendoque ad verum pertrahere studerent. Sic, ut unum afferam, conjecturis impetierunt quæ traduntur de Axio et Erigone fluviis (p. 277, 4), de situ Cephalleniæ (p. 393, 7), de Massagetis (p. 440, 34) et de Chersonesi promontorio (p. 283, 15), de quibus omnibus Ptolemæus aut prorsus cum Strabone consentit, aut quam proxime ad eum accedit, sicuti in iis quoque quæ de Penei ostio (p. 290, 25), de Haliacmone (p. 277), de sinu Thermæo (p. 277, 10), de Cretæ latere occiduo (p. 407, 5) deque aliis multis falsa perhibentur.

Itaque Ptolemæi auxilio usus figuras nonnullarum regionum e mente Strabonis delineaveris judicio satis tuto : in plurimis tamen quum id fieri omnino nequeat, ingenii vero lusibus indulgere noluerimus, ita nos rem instituimus, ut post tabulas quibus orbis terrarum secundum Eratosthenis Strabonisque placita exhibetur, singularum deinceps regionum imagines tales daremus quales nos jam novimus, adscriptis autem mensuris Strabonianis indicaremus quatenus veram distantiarum rationem auctor assecutus esset. Passim tamen minores tabulas majoribus inclusas adjunximus, quibus qùam sibi regionum imaginem Strabo efformaverit, summis lineolis adumbrare studuimus. Denique notulis hic illic insertis opiniones Strabonianas significari videbis. Quod situm locorum definiendum attinet, rationes nostras in Indice nominum ut plurimum paucis indicavimus, interdum etiam fusius exposuimus. Præterea in Indice variæ lectionis, in quo verba Strabonis permultis locis emendasse nobis videmur, sæpius accidit ut quæstiones geographicæ quæ vim aliquam in tabularum adornationem exercerent, tractandæ essent. His nunc pauca addere liceat, quibus tum errata quædam emendabo, tum quæ in tabulis locum invenire non potuerint, aliaque nonnulla quæ explicatione egere videantur, significabo.

De ratione quam in Tab. I secutus sum fuse exponam quando in Geographis minoribus ad Eratosthenis fragmenta devenero.

In Tab. II numerus qui meridiano per Indum ducto adscribitur, esse debet 53500 (non 43500). — Siciliæ figura non ita est delineata ut quæ de ea traduntur p. 221, omnia concilientur. Conciliari enim nequeunt. Latera insulæ ita disposita esse dicuntur, ut angulus ad Pelorum promontorium necessario sit obtusus, et meridionale, non vero (ut Strabo e Posidonio refert) occiduum Siciliæ latus ceteris longius esse debeat. Fortassis latus a Lilybæo ad Pelorum pertinens ita efformari Strabo vult ut linea semicircularis evadat, ac Lilybæum et Pelorum promontoria in eodem fere meridiano posita sint. Hoc si est, eo auctor peccavit quod p. 222, 11 dixit : τὸ δὲ ἀπὸ Λιλυβαίου τὴν ἐπὶ Πελωριάδα πλευρὰν πρὸς ἕω, quum dicendum fuisset πρῶτον πρὸς ἑσπέραν, εἶτα πρὸς ἕω.

Italiæ latus meridionale quod est a freto Siculo ad Japygium, apud Strabonem justo majus esse sponte intelligitur; quomodo autem partes ejus disponendæ essent, non satis patebat, quum verba Strabonis quæ huc faciunt (p. 217, 36) in codd. lacera essent. Resarcire ea studui in Ind. var. lect. p. 976. Quodsi bene res mihi cessit, Artemidorus cum eoque Strabo ita statuerunt ut fauces sinus Tarantini stadiorum essent 1410.

In Libyæ ora quæ notantur ab Alexandria ad Carthaginem mensuræ cum ipsarum linearum longitudine minime congruunt. Videlicet Strabo in Prolegomenis inter meridianos per Alexandriam et fretum Siculum ductos 8500 stadia intercedere statuit, eique opinioni convenienter ab Alexandria ad Carthaginem 9000 stadia exputat (p. 76, 47) : contra vero horum oblitus libro XVII in Libyæ descriptione ita agit ut suis ipsius placitis substituat Eratosthenis sententiam, qui Alexandriæ et Carthaginis meridianos 13500 stadiis distineri censuit. Cf. Ind. var. lect. ad p. 709, 24.

In India notavi *Jomanem* fluvium; hoc enim nomen pro *Œdanes* p. 612, 13 reponi voluerunt viri docti. At dubium vix est quin Œdanes Strabonis sit potius Dyardenes Curtii, quem cum hodierno *Brahmaputra* componendum esse suspicantur. Cf. tab. XIII.

In Tab. III quæ de Hispaniæ populis Strabo tradit, conciliare inter se studui, quamquam num bene definita singularum regionum imago Strabonis animo obversata sit, jure tu quæras. Omnino Hispaniæ gentes et provincias rite dividere ob frequentes mutationes et scriptorum dissensum et inconstantiam res est difficillima, et quod de Celtiberiæ divisionibus Strabo ait : οὐκ ἔστι τὸ ἀκριϐὲς ἐν τούτοις ἀποδιδόναι, quodammodo de universa valet Iberia. Sic nobis hærebat aqua in describenda Bætica sive Turdetania. Includi eam Noster dicit (p. 116, 40) Ana fluvio, Carpetanis, Oretanis et Bastetanis, sed addit accenseri ei etiam Bastetanos et τοὺς ἔξω τοῦ Ἄνα καὶ τοὺς πολλοὺς τῶν προσχώρων. Vaga verba ita intelligenda esse putavi, ut antequam Romani Lusitanos trans Tagum deduxissent, ea Lusitaniæ *provinciæ* pars, quæ Anam inter et Tagum sita esset, Turdetaniæ annumeraretur. Facit huc quod apud Ptolemæum magna ejus regionis pars, ab Ana ad Barbarium pr. pertinens, Turdetanis assignatur, apud Strabonem vero Augusta Emerita modo Lusitaniæ, modo Turdulorum urbs vocatur. Ab orientis parte Turdetaniæ adscripta fuerit regio quæ in ora maritima usque ad Carthaginem Novam pertinet : nam eo usque in litore Bastetanos degere Strabo prodit, et eo usque citeriorem Hispaniam extendi ex Artemidoro refert Stephanus Byz. s. v. Ἰϐηρίαι; eundemque Bæticæ terminum in Agrippæ tabula fuisse narrat Plinius (3, 3, § 16), qui ipse, sicut Ptolemæus, finem Bæticæ ad Urcos collocat, quamquam idem alio loco (3, 3, § 19) Baream (quæ inter Urcos et Carthaginem est fere media) Bæticæ adscriptam esse dicit.

Tab. IV. — Galliæ descriptio, quatenus in populorum sedibus provinciarumque terminis definiendis versatur, admodum rudis est miraque laborat confusione. Causam rei nonnulli ex eo repetunt quod Græcus Strabo latinos Cæsaris Commentarios non satis intellexerit. Ni fallor, Cæsarem omnino non legit Strabo, sed quæ ex eo sumsisse videri possit, in eodem Posidonio repperit, ex quo Diodorus quoque suam Galliæ descriptionem cum Straboniana in multis ad verbum pæne consentientem deprompsit.

Ac primum quidem miramur Celtas Narbonensis provinciæ finibus coerceri, ab iisque Gallos distingui tanquam gentem peculiarem (quamquam Gallorum nomine Strabo etiam latiore vocis sensu utitur p. p. 162, 33). Quam quidem distinctionem quo pacto e Cæsaris verbis simplicissimis aliquis eruerit, non assequor; contra vero eandem doctrinam tamquam χρήσιμόν τι καὶ παρὰ πολλοῖς ἀγνοούμενον apud Diodorum (5, 32, 1) legere est.

Deinde Noster eo labitur quod Belgicam, quæ usque ad Sequanam pertinebat, ad Ligerim usque extendit. Quod quum ab Augustea provinciarum constitutione alienum esse pateat, fortassis Belgicæ stirpis gentes aliquas in hodierna *Bretagne* olim consedisse indeque errorem Strabonis explicandum esse nonnulli conjecerunt. Minus docte sed nescio an verius causam erroris in eo quærere possis quod Strabo, vel Posidonius, quum Belgas majorem oræ borealis partem obtinere accepisset, temere id transtulit ad suam Galliæ tabulam, quæ omnem Galliæ oram inde a Pyrenæis ad Rhenum usque septentrionibus obversam exhibebat. Ceterum quosnam in mediterraneis inter Sequanam et Ligerim Belgicæ fines Strabo finxerit, sciri nequit, ac sponte intelligas nostram delineationem in hac parte ex mero pendere arbitrio.

Quemadmodum Belgicæ Strabo occidentalem Lugdunensis provinciæ partem attribuit, sic meridionalem Belgicæ tractum Lugdunensi adscribit, quippe quam ad Rheni usque Rhodanique fontes producit, adeo ut Lingones et Sequanos et Helvetios, Celticas gentes, quas ad Belgicam provinciam recte Plinius et Ptolemæus referunt, comprehendat. Fuerunt sane (inter eosque Walckenarius numeratur) qui Straboni insistentes re vera gentes istas ab Augusto Lugdunensi, deinde autem ab alio, fortassis ab Vespasiano, Belgicæ assignatas esse contenderint. At de ejusmodi provinciarum mutatione altum est in literatissimo sæculo silentium. Huc accedit quod cum Plinio et Ptolemæo facit etiam anonymus Cosmographiæ auctor, qui Belgicam versus austrum Alpes et Narbonensem attingere prodit. Quod quidem testimonium gravissimum est, quoniam plurima quæ de provinciarum circumscriptione in isto opere leguntur, ad Augusteam ætatem pertinere et Agrippæ e Commentariis derivare viri docti tantum non unanimi statuunt consensu. Denique ipse Strabo p. 147, 3 Belgarum partem Alpes accoluisse dicens, quo-

usque Belgica sua ipsius ætate pertinuerit subindicat.

Plurimas Galliæ gentes ita Noster recenset ut sedes singularum accuratius non definiat. Quare si nomina earum secundum disertiores scriptores disposui, vim Straboni intulisse vix accusabor. Gentes quidem inter Rhenum et Sequanam degentes ipse auctor aliquomodo disposuit (p. 161), sed tam perfunctorie, ut in his quoque ordinandis de meo aliquid addendum esse putaverim. In rudiore tabula Straboniana res in hunc modum adornanda foret :

O c e a n u s.

Sequana Fl.	Caleti.	Suessiones.	Ambiani.	Bellovaci.	Morini.	Menapii.	Rhenus Fl.
				Eburones.		Nervii.	
				Atrebatii.		Ubii.	
				Remi.			
				Senones.		Treviri.	
					Mediomatrici.		
					Tribocci.		

De Vadicasiis, quos juxta Lingones collocavi, vid. Ind. var. lect. ad p. 154, 34. Alesiam urbem cum hodierno vico *Alaise* composui. Hinc corrigenda sunt quæ dixi in Indice nominum s. v. *Alesia*, ubi eam sententiam secutus sum quæ olim obtinebat quamque etiamnunc sunt qui tueri studeant. — In Helvetia Toygenos (modo ita scribendum sit) in hodierna *Zug* regione collocavi. Sin recte conjeci (v. var. lect. ad p. 260) eosdem esse cum iis qui p. 260 Τοΐνιοι vocantur, ad Brigantium potius lacum ponendi sunt.

Inter Galliæ Transpadanæ oppida fortasse poni debebat Bergomum. Vid. Index var. lect. ad p. 177, 29.

In Tab. V monendum erat Lunam, Etruriæ oppidum, a Strabone (p. 185, 9) perperam poni ab occasu Macræ fluvii, adeo ut oppidum a portus loco non distinguatur. Idem etiam eo indicatur, quod a Pisa ad Lunam 400 stadia exputantur. — In eadem Etruria legitur *Falerii seu Phalisci;* at e Strabonis mente inter Falerios et Phaliscos distinguendum videtur. V. Ind. var. lect. ad p. 188, 26. — In Umbria pro *Otriculum, Ocridi* lege *Ocriculum*, *Ocricli*. Ibidem *Larolum* nomen deleri velim. V. Ind. v. l. ad p. 189, 32. — In Latio ad Melpidis fluvii initia Atinam oppidum addendum esse censeo. V. Ind. v. l. ad p. 197, 47. — *Festorum* locus, Romæ urbi proximus, vereor ne librariorum sphalmati debeatur. V. Ind. v. l. ad p. 191, 46. — Ne mireris *Veregin* fluvium qui e Prænestino agro in Trerum (*Tolerum* legendum puto) incidit, vide Ind. v. l. ad p. 199. 19. — Casu factum, ut omissa sit linea qua via Latina cum Labicana ad Pictas conjungenda est. — Pithecussæ insulæ mons dicebatur *Epopeus*, non vero, ut codd. Strab. habent, *Epomeus*. — Pro *Fanum Junonis Argivæ* (ad Silarum fl.) legas *Fanum Junonis Areiæ*. V. Ind. v. l. ad p. 209, 40. In Samnio Ebutiana oppidum (hod. *Elano*) addendum fuerit. V. Ind. v. l. ad p. 208, 8.

Siciliæ fluviis adde *Pataciam*, cujus mentio latet in loco corrupto p. 222, 21, ubi vid. not. Ammemanus fl. per ipsam Catanam urbem ducendus erat. — Mazaram opp. in tabula habes e Cluverii conjectura. Strabonem non hoc, sed Imagarum opp. commemorasse mihi videtur. V. Index ad p. 228, 35. — Gelæ mentio debetur Krameri conjecturæ, quam sequi non debebam. Vid. Ind. ad. p. 221, 22.

In Tab. VI non satis indicare potui istam Strabonis opinionem, ex qua Corcoras fl. in Savum influit, Savus in Dravum, Dravus prope Segesticam in Noarum, Noarus autem (qui etiam Calapin excipit) boream versus fluens in Danubium incidit. — In Thracia desiderantur locus *Thasiorum capita* dictus (p. 282, 13) et Scæorum populus, et Scæus fl. et Σκαιὸν τεῖχος, de quorum situ non liquet. — Ab oriente Borysthenis ponendum est *Hylæum mare*, si quidem recte conjeci mentionem ejus inesse corruptis illis quæ leguntur p. 256, 33, ubi vide. — In delineanda Chersonesi Tauricæ parte occidentali secutus sum Paulum Beckerum Odessenum (*Die Herakleotische Halbinsel. Leipzig*, 1856).

Tab. VII. — In Macedonia Axius fluvius sec. Strabonis opinionem in Thermæum sinum incidit eo loco ubi reapse Haliacmon exit; in Axium vero a borea fluens Pellamque urbem a sinistra relinquens influit Erigon. V. Ind. ad p. 277, 4. — *Agrianes* nomen, quod ad fontes Erigonis fluvii in Pæonia posui, delendum fuerit; contra in Pelagonia addendum puto : *Pelagones Triclari*. V. Ind. ad p. 277, 3. — In Illyria pro *Desarethii* lege *Dasaretii*. — In Epiro pro *Blatria* (apud Cassopæos) lege *Elatria*. — In Thessalia neque Helice, oppidum ex uno Hesiodo notum, neque

Messeis fons, qui prope Helladem urbem fuisse dicitur, locum invenire potuerunt. Thessaliotidis fines boreales prope Pindum montem paullo magis versus septentriones removendi sunt, Athamanum vero fines meridionales magis versus austrum proferendi, adeo ut tangant fines Thessaliotidis. V. Strabo p. 374, 19.

Tab. VIII. In Phocide Crissam urbem posui ubi ponenda est in mediterraneis; secundum Strabonem (cum quo facit Ptolemæus 3, 14 p. 230, 7 ed. Wilb.) Crissa in ora maritima inter Cirrham et Anticyram quærenda foret. Simili errore Abarum urbem Strabo (p. 363, 8) non longe ab ora maritima distare putat. In Eubœa desiderantur Elarius specus (p. 363, 20) et Bovis aula, quæ erat alia situs incerti spelunca in litore mari Ægæo obverso. Quas in Ithacæ insulæ isthmo notavi Alalcomenas, Apollodorus nescio quo pacto in Asteridis insulæ isthmo fuisse dicit. — In Argolide omissum est signum quo situs Hermionis urbis in ora maritima indicandus erat. — Verba *Hermionicus sinus* non modo suo in loco habes, sed etiam in sinus Argolici parte boreali. Ita enim res adornanda erat, siquidem sec. ea quæ in Strabonis editionibus exhibentur, initium sinus Hermionici prope Asinen ponendum est. Id tamen non dixisse Strabonem, sed viros doctos in auctorem nostrum intulisse censeo. Vide Ind. ad p. 317, 12, ubi pro ʼΑΝης quod codices præbent, non Ἀσίνης, sed Ἀλίας vel Ἁλικῆς scribendum esse dixi. Reapse enim sinus, cui Hermione adjacet, a proximo Haliæ promontorio, *Cap Mylonas*, usque ad hod. *Cap Scyli* (Scyllæum pr.) pertinet. Strabo autem Scyllæum nomen perperam ad *Cap Mylonas* transtulit, oramque quæ inde est usque ad Methanam peninsulam versus ortum procurrere opinatus est. Patet id ex verbis hisce (p. 316, 24) : Ὁ μὲν (Ἀργολικὸς κόλπος) μέχρι τοῦ Σκυλλαίου πλέοντι ὡς πρὸς ἕω βλέπων καὶ πρὸς τὰς Κυκλάδας, ὁ δὲ Ἑρμιονικὸς κόλπος) ἑωθινώτερος τούτου μέχρι πρὸς Αἴγιναν καὶ τὴν Ἐπιδαυρίαν, cum quibus concinit quod p. 49, 27 legimus Μεθώνην τὴν ἐν τῷ Ἑρμιονικῷ κόλπῳ, quod attrectare non debebam. Errorem Strabonis explicare licet collatâ tabulâ Ptolemæi, in qua Hermionicus sinus memoratur nullus, sed sinus Argolicus usque ad Scyllæum promontorium (*Scyli*) extenditur. Jam si Strabo quoque acceperat Argolicum sinum pertingere usque ad Scyllæum pr., post quod sit Methana peninsula, simul vero apud alios legerat post Argolicum sinum (cujus ad Haliam sit initium) deinceps sequi sinum Hermionicum : facile intelligitur quomodo ex his male conflatis ea quam Strabo exhibet opinio nasci potuerit. Quodsi p. 321, 13 legitur : τὸ Σκύλλαιον ἐν τῇ Ἑρμιόνῃ, hoc quoque loco Scyllæum de hodierno *Cap Mylonas* intelligi debet; idque etiam inde colligas quod sec. Scylacem et Pausaniam Hermionicæ ditionis termini ad Scyllæum (*Scyli*) minime pertinent, sed ad medium sinum Hermionicum (prope *Cap Thermisi*) collocandi sunt. Strabonem fortasse pervetustum aliquem rerum statum referre conjecit Curtius (*Pelop.* A. 2, p. 455), quod ipse quoque Scyllæum Strabonis ad hod. *Scyli* referens olim putabam. Igitur his ita constitutis, in tabula nostra delenda sunt verba *Hermionicus sinus* quæ leguntur in sinus Argolici parte; deinde ad hod. *Cap Mylonas* adscribendum : *Scyllæum pr. sec. Strabonem;* denique Hermionicæ fines, quum e Strabone constitui non possint, e Scylace et Pausania assumi velim.

In Argolico sinu pro *Eion* lege *Eiones.* Locum hunc oppidulo assignavit Curtius collato Strabone p. 321, 17; Bobleyius cum eoque Kiepertus Eiones ponunt ad sinum Hermionicum haud procul a *Cap Scyli*, quo loco nunc est *Phurkoria;* eique sententiæ aliquatenus favet Strabo p. 323, 21. Ego nescio an locus qui ἠιόνες vocabatur, quærendus sit in tenui illa oræ tænia quæ a *Cap Thermisi* ortum versus extenditur. — Desideratur in Argolide locus *Pharygæ* dictus (p. 366, 15), qui ubi fuerit nescitur. — In distantiarum notis Tænaro promontorio adscriptis pro (750) lege (950), coll. Ind. ad p. 312, 8.

Laconiæ et Messeniæ confinia haud uno modo indicavi, quum Strabo diversa male misceat. Messeniæ paraplum κατακολπίζοντι esse dicit (p. 311, 17) stadiorum 800; hæc a Neda fluvio juxta oram metienti pertinent usque ad Chœrum fluvium Gereniæ proximum, quem fuisse terminum Messeniæ e Pausania novimus. At Strabo Messeniæ adscribit totam fere Messeniaci sinus oram orientalem quæ est usque ad Thyrides; has enim p. 309, 14 dicit ὁμόρους τῇ νῦν Λακωνικῇ. Idem ex eo intelligitur quod, si stadia ista 800 e Strabonis mente usque ad Chœrum fl. sive ad Gereniam computanda essent, sequens oræ tractus, qui hinc est ad Thyrides, nulla apud Strabonem mensura definiretur. Itaque diversa Strabo confundit, nisi

forte putaveris p. 311, 18 pro κατακολπίζοντι legendum esse οὐ κατακολπίζοντα. Tertium Messeniæ limitem notavi ad Pamisum fluvium. Dixerat de hoc termino Euripides, qui eo nomine a Strabone reprehenditur. Dubium autem vix est quin idem terminus fuerit ipsius Strabonis ævo; nam quum Augustus Thuriæ regionem Laconicæ adjecisset, Thuriæ autem propinquus sit magnus Pamisus fluvius, hunc ipsum Messeniam a Laconia tunc diremisse consentaneum est. Hunc vero rerum statum Strabo quoque nescius prodit eo quod Nedontem, qui non longe a Thuria abest, per Laconiam fluere dicit (p. 309, 27). Ceterum regio, quæ inter Taygetum et Pamisum interjacet, jam anno 182 a. C. a Messenia separata est, urbesque ejus, Abia, Thuria et Pharæ, tamquam sui juris civitates, in fœdus Achaicum receptæ sunt (Polyb. 25, 1), nec improbabile est regionem istam vetusto Mesolæ nomine designatam fuisse, quod ex ipso colligas Strabone, qui p. 309, 38 de Hiræ Homericæ situ varias sententias afferens inter alia etiam hæc habet : οἱ δὲ τὴν νῦν Μεσόλαν οὕτω καλεῖσθαί φασι καθήκουσαν εἰς τὸν μεταξὺ κόλπον τοῦ Ταϋγέτου καὶ τῆς Μεσσηνίας. Quæ e grammatico Homerico qui post an. 182 scripsit desumta esse conjicio.

In Cretæ tabula Cisamum pr. cum hod. *Cap de la Soude* composui, Ptolemæi rationes secutus. Veri similius tamen est indicari hodiernum *C. Spada*, sive illud promontorium in quo Dictynnæum erat. V. Ind. ad p. 407, 40. — Distantia quæ inter Gortynem et Prasum notatur, esse debet stadiorum 180 (non 130).

Tab. IX. Loca situs incerti, quos in tabula frustra quæris, hæc sunt : in Bœotia Helos et Hilesium (p. 349, 9), Narcissi Sigeli monumentum (p. 346, 46), in Helicone antrum nympharum Libethridum, Glechon oppidum Bœotiæ vel Phocidis ad Cephissum fl. (p. 364, 13), Æanin fontem in Locride Opuntia (p. 365, 28), in Attica Olympium (p. 347, 14) et Hestiæensium et Eretriensium pagi (382, 45). Meliten et Colyttum pagos Athenis proximos ne consignaremus, spatiorum angustiis impediebamur. Larissa Attica, quæ p. 382, 45 memoratur, librariorum errori accepta refertur. In Elide locum non invenerunt neque Helos Homericum neque Aloria palus quædam, neque antra nympharum Anigriadum et Atlantidum, neque Jonæum Erycydeumque — In Attica Myrrhinus, quem pagum cum hod. *Merenda* componendum esse inscriptionum fide constat, a Strabone (p. 342, 36) perperam ponitur inter Halas Araphenidas et Probalinthum. — In Megaride delendum est nomen *Ægosthenæ;* contra vero Phocidis Ægosthenas a Strabone commemoratas fuisse in Ind. ad p. 363, 4 conjecimus, ubi addas urbis ejus apud Ptolemæum quoque (3, 14) mentionem fieri.

In Elide situm Hyrmines, Cyllenes, Ephyræ, Lasionis indicavi ex sententia Ernesti Curtii (*Pelop.* t. 2, cap. 1). Idem vir doctus de aliis nonnullis aliter quam ante fieri solebat statuit, de quibus minus nobis persuasit. Neque largiri debebam quod ille de Peneo olim a borea Chelonatæ promontorii in mare egresso conjecit. Ejus enim conjecturæ argumentum præcipuum, quum in Strabonis Ptolemæique de hac re consensu positum sit, pondere caret, quoniam de aliis erroribus quam plurimis in Græciæ Macedoniæque Tabula cum Strabone Ptolemæus conspirat.

Pylum Triphyliæ non ponendum esse ubi posuerunt Leakius et Kiepertus (ad *Tsormatzi* in extremitate occidentali *Alvena* montis) et Curtius (ad hodiernam *Piscini*), sed oppidum hoc Samico proximum fuisse ideoque magis boream versus removendum esse, dixi in Ind. nominum s. v. *Pylus*. Ipse in tabula Pylum cum hod. *Xerochoroi* composui, dubitanter tamen, quum ne hoc quidem verbis Strabonis satis conveniat. Iterum rem perpendenti Pylus Samico vicinus, sed Samico paullo borealior, uni ex fluviolis qui boream versus in Selinum et per hunc in Alpheum incidunt, appositus fuisse videtur. Nam Strabo quamvis Pylum et Samicum Triphyliæ eadem 400 stadiorum distantia a Pylo Messeniæ abesse dicat (p. 299, 6. 302, 4), tamen p. 301, 49 in locorum recensione a borea meridiem versus pergens Pylum memorat ante Samicum; deinde vero (idque majoris faciendum est) verba : παραρρέοντος (sc. τὸν Πύλον) ποταμοῦ πρὸς ἄρκτον Ἀμάθου καλουμένου πρότερον, ὃς νῦν Μάμαος καλεῖται (p. 295, 41), simplicissime ita intelliguntur ut urbem præterlabens Amathus versus boream fluat, non vero ita, ut borealem urbis partem præterfluat (quo sensu haud dubie Strabo πρὸς ἄρκτου dixisset). Consequitur Amathum fuisse unum fluviorum qui versus Alpheum labuntur, deinde autem Minthem montem, utpote Pylo

proximum (p. 295, 51), non esse hodiernum *Alvena*, ut cum Leakio Curtius statuit et ego in tabula posui, sed altiorum illum et septentrionaliorem, qui hodie *Smerna* vocatur, ut recte censent Bobleyius et Kiepertus. Jam quem ego Mamaum nominavi, is esse debet Acidon fluvius qui ab Anigro versus occasum erat et Chaam urbem Chaæis petris subjacentem atque Jardanis tumulum præterfluebat in planitie quam pratum Jardanis appellabant (p. 298, 36. 299, 13).


Hæc quum sponte e Strabonis verbis colligi videantur, dubitatio suborta est ex eo quod Pylus cum *Lepreo* componitur (p. 299, 6), itemque Chaa urbs *Lepreo* vicina esse dicitur (299, 13). Attamen quum Strabo p. 296, 22 Lepreum a meridie Pyli esse et a Samico 100 stadia distare dicat rectissime, idem vero (p. 299, 6. 302, 4) sibi contradicat, a Pylo Messeniæ ad Pylum Triphyliæ et *Samicum et Lepreum* eandem 400 stadiorum distantiam esse aiens : facile patet cum hoc errore manifesto cohærere etiam illud quod de Leprei et Pyli vicinitate traditur. Cum falsis istis conferre licet Ptolemæi tabulas, in quibus Lepreum a borea Minthæ montis situm est in eodem parallelo in quo sunt ostia Alphei.

Tab. XI. In Mysia Teuthraniam non regionis nomen ponere debebam, sed urbis, ut feci in tab. IX. Cf. Index nom. s. v.—Tarnen, Lydiæ urbem, quam ex Homero Strabo memorat (p. 335, 5) et schol. ad Hom. ipsas Sardes dici autumat, de conjectura cum Thybarnis, quas Diodorus vocat (14, 80), et cum hodierno *Durgudlu-kassaba* composui; quod in Ind. nom. monendum erat.

In Caria Suangela, locus situs incerti, non apparet. In Lycia Chimæræ φάραγξ in Cragi montis regione ob tabulæ angustias notari non potuit. In Galatia apud Tolistobogios alicubi ponenda sunt Blucium (*Luceium* Cic.) et Peium castella. In Syria prope Antiochiam ap. Strabonem memorantur Labotas fl. et Meleagri Charax et Trapezus collis, de quorum situ certioris nihil constat.

Tab. XII. In Armenia Syspiritin et Tigranocerta notavi tum ubi revera sita fuisse videntur, tum in iis locis quibus a Strabone assignantur. V. Index ad p. 456, 3.

ORBIS TERRARUM



ndum **ERATOSTHENEM.**

PARALLELI

Per Thulen, ubi tropicus circuli arctici vicem gerit
46300

11500

Per ostium Borysthenis
34800

5000

Per Hellespontum
29800

4350

Per Rhodum
25450

3750

Per Alexandriam
21700

5000

Per Syenen et circulum tropicum (23° 51' 20")
16700

5000

Per Meroen
11700

3400

Per Cinnamomiferam
8300

8300

ÆQUATOR

Caspium M.
Oxus F.
Sogdiana
Hyrcania
Margiana
Bactriana
Parthyæa
Aria
Arachosia
Drangiana
Gedrosia
Carmania
Ichthyophagi
ARIANA
INDIA
ASIA
II.
I.
Palibothra
Ganges F.
Tamarum pr.
Coniaci
Erythræum M.

U M M A R E

14000
16000
3000
2000

Per Caspias Pylas
38800

Per Indi ostia
56800

Per Gangis ostium
72800

Per Indiæ australe promontorium
75800

Per Taurum orientalem
77800

MERIDIANI


C. Muller del.


ORBIS TERRARUM

Sexagesimae Eratosthenicae	Gradus Hipparchei
X	60
IX	54
VIII	48
VII	42
VI	36
V	30
IV	24
III	18
II	12
I	6


Stadia: 40000, 35000, 30000, 25000, 20000, 15000, 10000, 5000, 1000


MERI
Per Herculis Columnas
Per Fretum Siculum
Per Alexandriam
Per Issum
3000 13000 8500 5000

MARE EXT
MARE vel OCEANUS
EUROPA
Pontus Euxinus
Iberia
Italia
Illyricum
Thracia
Cassiterides I.
Sacrum pr.
Corsica I.
Sardinia I.
Sicilia
Creta I.
Rhodus I.
Beatorum insulae
Mare internum
LIBYA
Arabia deserta
Æthiopes Hesperii
MARE ATLANTICUM



Secundum **STRABONEM.**





C. Müller del.

III.

HISPANIA

Gallicus Sinus

G A L L I A

Oeaso (Oiarso prope Fontarabiam) 2400 stadia inde a Tarracone

P Y R E N E M O N S

Pompelo (Pampelona)

Iacca

V A S C O N E S

I A C C E T A N I

Calagurris (Calahorra)

Osca (Huesca)

Caesar Augusta (Saragossa)

I L E R C E T E S

Ilerda (Lerida)

Celsa (Xelsa)

Bilbilis (Baubola ad Calatayud)

Segontia (Siguenza)

Segobriga

Dertosa (Tortosa)

Cartalias ?

Tarraco (Tarragona)

Oleastrum (12 mill. a Tarracone, Itin.) Strabo hunc locum inter Saguntum et Dertosam collocat.

Iberus F.

Cartalias ? Carthago vetus Ptol.

Chersonesus (Peniscola)

Saguntum (Murviedro)

Egelastae (Iniesta)

Lacus 400 stad. ambitu (Albufera de Valencia)

Sucro opp. (Cullera ?)

Setabis (S. Felipe)

Hemeroscopium, Massil. col. s. Dianium (Denia)

Artemisium s. Dianium pr. (C. S. Martin)

Planesia I. et Plumbaria I.

[Alone] Massiliens. colonia

Praeterea alia Massiliensium colonia inter Sucronem et Carthaginem sita erat.

Planesia ? (Plana et Tabarca)

Carthago Nova

Herculis I. sive Scombraria (Escombrera)

Sinus Gallicus

Pyrenae Pompeji (Summus Pyrenaeus, Itin.)

Templum Veneris Pyrenaeae

Rhode (Rosas), Massil. col.

Emporium (Ampurias), Massil. col. partim ad fluvium (Clodianum)

Vetus urbs Emporium in insula (I. de las Medas)

Veteres (Praetorium, Itin.)

Cartalias ?

Baleares sive Gymnesiae Iae duae

Pollentia (Polenza)

I. minor

I. major 600 stad. long. 200 stad. lat.

Pityussae Iae duae

Ebusus 400 stad. ambitu

Ebusus (Ivica)

Ophiussa I. (Formentera)

M A R E I B E R I C U M

M A R E L I B Y C U M

2200 stadia

HISPANIAE FIGURA ad mentem Strabonis.

Cassiteridae I.

Nerium pr.

Stadia 1000 2000 3000 4000 5000

Idubeda M.

Orospeda M.

Tagus F.

Anas F.

Baetis F.

Sacrum pr.

Gades

Carthago Nova

Parallelus per Rhodum transiens

C. Muller del.

GALLIA

BRITANNIA (PRETTANICE)

Cantium pr.

FRETUM BRITANNICUM

In insula Britanniae vicina Ceres et Proserpina coluntur (Artemidor.)

Cassiterides Ins.

Itium

MORINI

ATREBATES

AMBIANI

CALETI

BELLOVACI

SUESSIONES

Sequana F.

LEXOVII

Uxisama I.

Gabaeum pr.

OSISMII

VENETI

NAMNITES

Belgica sec. Strabonem usque ad Ligerim pertinet (Belgae in quindecim gentes dividuntur)

Lutetia

PARISII

MELDI

CARNUTES

Genabum

SENONES

Duorum corvorum portus ad ostia Ligeris

Samnitarum mulierum Ins.

Corbilo

Liger F.

PICTONES

BITURIGES CUBI

Gentes Gallicae ab Augusto Aquitaniae adscriptae

LEMOVICES

AEDUI

Nemossus

Mediolanum

Garumna

SANTONES

BITURIGES UBISCI (VIVISCI)

PETROCORII

Burdigala

ARVERNI

CADURCI

NITIOBRIGES

GABALI

RUTENI

AQUITANI

origines Ibericae, quorum gentes sunt supra viginti

AUSCII

TARBELLI

GALLICUS SINUS

VOLCAE TECTOSAGES

Tolosa

CONVENAE

Lugdunum Convenarum

Aquae Onesiae

PYRENE

MINOR SINUS

Nemausus

Strabo ed. Didot.

HISPANIA

GALLIA

Gallicus Sinus

Oeaso (Oiarso prope Fontarabiam) 2400 stadia inde a Tarracone

PYRENE MONS

Pompelo (Pampeluna)

VASCONES

Calagurris (Calahorra)

IACCETANI

Iacca

Osca (Huesca)

ILERGETES

Caesar Augusta (Saragossa)

Ilerda (Lerida)

Celsa (Jelsa)

Bilbilis (Baubola ad Calatayud)

Segontia (Siguenza) Strabone ad Durium ponitur.

Sinus Gallicus

Trophaea Pompeji (Summum Pyrenaeum, Itin.)

Templum Veneris Pyrenaeae

Rhode (Rosas) Massil. col.

Emporium (Ampurias) Massil. col. portus ad fluvium (Clodianum)

Vetus urbs Emporium in insula (I. de las Medas)

LARTOLAEETAE

LEETANI

Veteres (Praetorium, Itin.)

Cartalias ?

TARRACO (Tarragona)

Oleastrum (in mill. a Tarracone Itin.) Strabo hunc locum inter Saguntum et Dertosam collocat.

Dertosa (Tortosa)

Iberus F.

Cartalias ?

Carthago vetus (Ptol.)

Chersonesus (Peniscola)

Segobriga

BALEARES sive GYMNESIAE Ins. duae

Pollentia (Polenza)

Palma

I. minor

I. major 600 stad. long. 200 stad. lat.

Saguntum (Murviedro)

Egelasta (Iniesta)

Lacus 400 stad. ambitu (Albufera de Valencia)

Sucro opp. (Cullera ?)

PITYUSSAE Ins. duae

Ebusus 400 stad. ambitu

Ebusus (Iviza)

Ophiussa I. (Formentera)

Setabis (S. Felipe)

Hemeroscopium, Massil. col. s. Dianium (Denia)

Artemisium s. Dianium pr. (C. S. Martin)

Planesia I. et Plumbaria I.

[Alone] Massiliens. colonia

Praeterea aliae Massiliensium coloniae inter Sucronem et Carthaginem sitae erant.

Planesia ? (Plana et Tabarca)

Argentarius M.

CARTHAGO NOVA

lacus

Herculis I. sive Scombraria (Escombrera)

Baria, Phoenicum col.

2200 stadia

3000 stad. in Maurusiorum Metagonium

MARE HISPANICUM

MARE LIBYCUM

Casseritides I.

Stadia 1000 2000 3000 4000 5000

Nerium pr.

3000

5000

supra 6000

6000

Tagus F.

Anas F.

Baetis F.

Sacrum pr.

Gades

Carthago Nova

2200


Parallelus per Rhodum transiens

HISPANIAE FIGURA ad mentem Strabonis.






Strabo ed. Didot.


GALLIÆ FIGURA
sec.
STRABONEM.
Alpes M.
MENAPII
NERVII
EBURONES
TREVERI
MEDIOMATRICI
LEUCI
TRIBOCCI
LINGONES
ALLOBROGES
CENTRONES
TAURINI
LIGURES
GALLIA TRANSPADANA
GALLIA CISPADANA
Vienna
Arelate
Aquæ Sextiæ
Tridentini
Patavium
Pola
Ariminum
Ancona
Pisæ
CORSICA
Estiones Vindel.
Genauni
Brigantini
Noreia
Boii

E. Muller del.



Strabo ed. Didot.


T H R A C I A
Cypsela
Selybria
Perinthus
Byzantium
Bosporus Thracius
P R O P O N T I S
Proconnesus I.
Samothrace I.
Imbrus I.
Melas Sinus
Cardia
Lysimachia
Chersonesus
Lampsacus
Abydus
Dardanus
Cyzicus
Priapus
Parium
500 Stadia
S A R M A T Æ
R O X O L A N I
Alazones
Basilii
Iazyges
Carpidae
Ister F.
Apollonia
Tomis
Callatis
Istropolis
Mesembria
Anchialus
Pontus Euxinus
Carambys pr.
Chersonesus
Criumetopon pr.
Panticapaeum
Bosporanum regnum
Maeotis Palus
Tarpetes
Arrechi
Agri
Mysi sive Moesi
Haemus M.
Bessi
Odrysae
Chalcedon
Byzantium
Propontis
Mare Aegaeum
GERMANIA.
GETICA. SARMATIA.
ILLYRIA. THRACIA.
1000 Stadia

C. Müller del.

HELLAS.
PELOPONNESUS.


100 200 Stadia

18 19 20

39 38 37

Pandosia · Molossi · Cassopæi · Ambracia · Nicopolis · Ambracicus Sinus · Argos · Actium · Anactorium · Leucas · LEUCAS I. · Leucatas pr. · Ithaca I. · Neriton · CEPHALLENIA (SAME, SAMUS I.) · Echinades · Thessalia · Pharsalus · Dolopes · Phthiotis · Pagaseticus Sinus · Ætolia · Vetus Ætolia · Thermum · Ophienses · Amphissa · LOCRI OZOLÆ · Crisæus Sinus · Patræ · Araxus pr. · Dyme · Ægium · Helice · Ægæ · Ægira · Pellene · Pharæ · Tritæa · Elis · Chelonatas pr. · ZACYNTHUS I. · Zacynthus · Olympia · Ichthys pr. · Alpheus · Lepreum · Pylus · Cyparissia · Strophades I[s] · Arcadia · Orchomenus · Mantinea · Tegea · Megalopolis · Messenia · Prote ins. · Pylus ad Coryphasium · Sphagia s. Sphacteria I. · Methone · Asine · Acritas pr. · Sparta · Gythium · Thyrides pr. · Tænarum pr. · Onugnathus pr. · Laconicus Sinus · Argolicus Sinus · Corinthiacus Sinus · Cythera I. · Mare Siculum · Mare Ionium


Strabo ed. Didot.



GERMANIA.
GETICA. SARMATIA.
ILLYRIA. THRACIA.

300 1000 Stadia

C. Müller del.


ELIS.
MEGARIS
ATTICA
BŒOTIA
Araxus pr.
Cyllene
Cyparissia. Cyparissia.
Promontorium Triphyliae
Neda F.
Ichthys pr.
Phea pr.
Alpheus F.
Maliacus Sinus
SINUS CORINTHI


ÆOLIS
ET
IONIA.

MELAS SINUS
CARDIA
LYSIMACHIA
Pactye
PARIUM
LAMPSACUS
Alopeconnesus
Imbrus
IMBRUS I.
ABYDUS
Madytus
Hellespontus
Sigeum
Calydnæ F.
TENEDUS I.
Neandria
ALEXANDRIA TROAS
Larissa
Hamaxitus
Lectum pr.
Assus
Gargara
Antandrus
ADRAMYTTIUM
Lampsacus
CHIUS I.
IDÆUS
Hecatonnesi
METHYMNA
Antissa
Eressus
Pyrrha
MYTILENE
LESBUS I.
Attea
Atalia
ATARNEUS
Cane pr.
Pitane
Elæa
PERGAMUM
Teuthrania
Gryneum
MYRINA
CYME
Elæussa I.
LYDI
MYSIA
Stadia

23° 30'
24°
30'
25°
40°
39°

Strabo ed. Didot.

X.



C. Müller del.

CŒLESYRIA.

LIBANI SITUS sec. STRABONEM.

Libanus M.
Heliopolis
Byblus
Sidon
Damascus
Antilibanus M.

Stadia 100 200 300 400

Orthosia
Tripolis
Theu prosopon
Botrys
Byblus
Berytus
Sidon
Tyrus
Palætyrus
Ace, Ptolemais
Chalcis
Damascus
Tarichea
Gadara
Scythopolis
Samaria, Sebaste
Iope
Iamnia
Azotus
Gadara
Ascalon
Gaza
Raphia
Hierosolyma
Hiericus
Philadelphia
Asphaltitis Palus

A PELUSIO AD ORTHOSIAM PERTINENS

P O N T U S
E U X I N U

CAPPADOCIA
Samosata
Edessa
Seleucia
Carrhæ
Thapsacus
Nicephorium

A R A


ARMENIA
ET
ADJACENTES REGIONES

Strabo ed. Didot.



SINUS MALIACUS
Spercheus F.
Anticyra
Dyras F.
Œneadæ ?
Melas F.
Trachis
HERACLEA
Asopus F.
Parasopii
Tichius
Rhoduntia
Callidromus M.
Pylaicus sinus
Nicæa
Posidium pr.
HISTIÆA (Oreus)
Orobiæ
Cynus
Sinus Opuntius
Opus
Halæ (Halus)
Aspledon
Larymna superior
ANTHEDON
ORCHOMENUS
COPÆ
COPAIS
LEBADEA
Coronea
HALIARTUS
Onchestus
THEBÆ
THESPIA
PLATÆÆ
CHALCIS
Lelantus campus
Eretria
Tamynæ
Delium
Oropus
Rhamnus
Aulis
Eleutheræ
Parnes M.
Decelea
Phyle
Marathon
Probalinthus
Pythium
Eleusis
Epacria
ALCYONIUM MARE
Olmiæ pr.
Ægosthenæ
Œnoe
MEGARA
Minoa pr.
SALAMIS
Vetus Salamis
Crommyon
Cenchreæ
Lechæum
Halæ Araphenides
Brauron
Cytherus
Prasiæ
Myrrhinus
Exone
Halæ Æxonides
Anagyrus
Zoster pr.
Lamptra
Ægilia
Sphettus
Anaphlystus
Thoricus
SINUS SARONICUS sive SALAMINIUS
ÆGINA
Ægina
Phabra I.
Astypalæa pr.
Eleussa I.
Patrocli Charax
Sunium pr.
Helene (Cranae)
METHANA PENINSULA
EPIDAURUS
21°
38°
39°

C. Müller del.


ALEXANDRIA
Alexandria
MEMPHIS
Heliopolis
Aphroditopolis
Heracleopolis
Regio inter Delta et Thebaidem sita
sedecim nomos continet
Oxyrynchus
Cynopolis
Hermupolis
Lycopolis
Aphroditopolis
Hermonthis
THEBÆ
Diospolis
Latopolis
Apollonopolis
Coptus
Philotera
Myoshormus
Berenice
Petra
Aelana
Gaza
HIEROSOLYMA
Philadelphia
ÆTHIOPIA
Rhacotis
Necropolis
10 nomos continens
SINUS ARABICUS sive MARE ERYTHRÆUM
27
28
29
30
31
32
33
34
Strabo ed. Didot.

LIBYÆ

PARS SEPTENTRIONALIS.

Stadia.

Carthago Nova

Malaca

Gades

Fretum Herculeum

Septem Fratres

Abila m.

(C. Spartel) Cotes pr.

Herculis antrum

(Azila) Zelia

Lixus

Sinus Emporicus

M A U R U S I I

Metagonium pr.

Supra Getulos habitant

G

Ab oceano ad Garamantes

G A

T

Carthagine ad Cephalas supra 5000 stadia

Meninx I.

Lotophagorum I.

Zuchis

Leptis, Neapolis (Lebda)

Cinyphus F.

Cephalæ pr.

L I B Y P H Œ N I C E S

Aspis

S Y R T I S M A J O R

Borium pr.

Pseudopenias pr.

Berenice

Euphrantas turris

Charax

G Æ T U L O R U M P A R S

Philænorum aræ

Automala

P S Y L L I

N A S A M O N E S

G A R A M A N T E S

(Oasæ Marmaricæ)

Quindecim dierum

Strabo ed. Didot.

EUXINUS

Sinope

Phasis F.

a Fano Chalcedonio 3000 stad.

Pompejopolis

Heracleum pr.

Iasonium pr.

Pharnacia

Trapezus

Gazelonitis

Themiscyra

Sidene

Tibareni

Mosyni

Chaldaei

Chalybes

Macrones

Byzeres

Sanni

Gangra

Amasia

Megalopolis

Comana

Zela

Ximene

Zelitis

Babanomus

Phazemonitis

Lycus F.

PONTICA

CAPPADOCIA

Culupene

Camisa

Halys F.

Nicopolis

ARMENIA MINOR

Derxene

Acilisene

Syspiritis

Moschici M.

Chammanene

Saravene

Morimene

Comana

Laviansene

Mazaca, Eusebia

CAPPADOCIA

Cilicia

Bagadania

Tyanitis

Tyana

Cybistra

Melitene

ARMENIA MAGNA

CATAONIA

Tigranocerta

Tigris F.

COMMAGENE

Samosata

Amanus M.

Seleucia

MESOPOTAMIA

Alexandria

Myriandrus

Issicus Sinus

MARE

Seleucia in Pieria

Antiochia

Beroea

Orontes F.

Chalcidice

Europus

Nicephorium

Thapsacus

PARAPOTAMIA

Apamea

Laodicea

Gabala

Paltus

Balanea

Aradus I.

Emesa

Emeseni

Orthosia

Tripolis

Laodicea ad Libanum

Byblus

Berytus

Heliopolis

ARABES SCENITAE

Rhambaei

ARABIA

Cyprus

Salamis


Cilides I.


C. Muller del.

H M

1946







Scythæ nomades
Daæ Xanthii et Parni
Mæotis palus
Aorsi
Siraces
Pontus Euxinus
Mare Caspium s. Hyrcanum
Sinope
Cappadocia
Sophene
Gordyene
Armenia
Parthia
Babylon
Petra
Arabia
Felix
Media
Persis
Carmania
Mare Persicum
Berenice
Sinus Arabicus
Mare Erythræum
Carnana sive Carna
Cattabanes
regio turifera
Chatramotitæ
regio myrrhifera
Mariaba
Mare Erythræum
ASIA
ORIENTALIS ET MERIDIONALIS.
Stadia
SUSIDIS ORA
sec. Nearch.
ap. Strabon.


Massagetæ
Sogdiana
Margiana
Bactriana
Aria
Arachosia
Gedrosia
Paropamisus M.
Imaus M.
Serica
India
Palimbothra
Patalene
Barygaza
Coliaci
Taprobane I.
Mare Orientale
Gandaræ
Hippasii
Massieni
Gangis uno ostio exit.
Susa
Seleucia
Hedyphon f.
Susis
Persis
Carmania
Arabia
Icarus
Gerrha
Harmozia
SINUS PERSICI FIGURA
sec. Eratosthenem.
65
70
75
80
85
90
95
100
40
35
30
25
20
15
10
5

10 nomos continens

Alexandria
Sais
Naucratis
Sebennytus
Mendes
Tanis
Sethron
Bubastis
Heliopolis
Latopolis
Babylon
MEMPHIS
Aphroditopolis
Arsinoe, Crocodilopolis
Moeris
Heracleopolis
Aegyptiorum ditio usque ad Catabathmum pertinet
Momemphis?
Regio inter Delta et Thebaidem sita sedecim nomos continet
Oxyrynchus
Cynopolis
Hermopolis
Hermopolitana phylace
Thebana phylace
Lycopolis
Aphroditopolis
Panopolis
Ptolemais
Abydus
Diospolis minor
Tentyra
Coptus
Hermonthis
THEBÆ
Diospolis
Latopolis
Hieraconpolis
Apollinopolis
Syene
Elephantine I.
Thebais decem nomos
Oasis prima
Oasis secunda
ÆTHIOPIA
Berenice
Ophiodes I.
Myoshormus (Veneris port.)
Philotera
SINUS ARABICUS sive MARE ERYTHRÆUM
Elaniticus sinus
Aelana
Petra
Gaza
Idumæa
Iope
HIEROSOLYMA
Philadelphia
Hierichus
Arsinoe (Cleopatris)
Heroum urbs
Rhinocorura
ALEXANDRIA
Magnus portus
Eunosti portus
Pharus
Rhacotis
Necropolis
Marea s. Mareotis palus
27 28 29 30 31 32 33 34

Strabo ed. Didot.

ÆGYPTUS ÆTHIOPIA

Hoc signo notantur urbes quae nomis Aegypti apud Strabonem memoratis nomen dederunt.

Stadia

ÆGYPTUS

Elephantine

Syene

Berenice

Immundus sinus

Ophiodes I. (Sebarget)

Charmuthas port. (i.e. Sherm Mud ad Ras Abou Mad)

Leuce come (Hauara)

Litus arenosum

Litus asperum

SINUS ARABICUS

ARABIA

Cataractes major

Premnis

Napata

Meroe

MEROE INSULA

3000 stad. lata, 3000 st. longa ut fertur

Sotiras portus

Isidis I.

Ptolemais

A Meroe ad mare ... iter (Artemidor)

MARE ERYTHRAEUM

Saba

Rhizophagi sive Helei

Spermatophagi

Agriophagi

Struthophagi

Elephantophagi

Endera

Creophagi

Berenice

Pythangeli

Dire pr. et opp.

Psebo lacus

Myrrhi fera regio

Aegyptiorum exulum (Sembritarum) insula

Astaboras Fl.

Cinnamomi fera regio

Dire pr.

Lichae venatio elephantum.

lacus aquae amarae

lacus aquae dulcis

Myrrhi fera regio

Leontis specula?

Pytholai pr.

Pytholai portus?

Elephantum portus

Elephas mons

Noti cornu pr.

Pseudocassiae et thuris regio

Isidis potamia

Nili potamia


Thuri fera regio

AROMATIFERA REGIO

28 · 30 · 32 · 34 · 36 · 38 · 40 · 42

38 · 40 · 42 · 44 · 46 · 47 · 48

C. Muller del.



LIBYÆ

PARS SEPTENTRIONALIS.

Stadia

100 500 1000 1500 2000

Carthago Nova

Malaca

Gades

6000 stadia

3000

Fretum Herculeum

Septem Fratres

Abila m.

(C. Spartel) Cotes pr.

Herculis antrum

(Azila) Zelis

(el Arisch) Lixus

Metagonium pr.

5000

1000

Siga

Sinus Emporicus

MAURUSII sive MAURI

M A S

Æ

T

G

G

A

Ab oceano ad Garamantas ... iter.

Supra Gætulos habitant

Carthagine ad Cephalas supra 5000 stadia

Meninx I.

(Dschirbi I.)

Lotophagorum I.

Zuchis (Biban)

Zuchis Lacus

Abrotonum

(Tripoli vecchio)

Leptis, Neapolis (Lebda)

Cinyphus F.

Cephalæ pr. (Cap Mesrata)

2,500 (3900 codd.)

Pseudopenias pr.

(Bengazi) Berenice

Borium pr.

L I B Y P H Œ N I C E S

S Y R T I S M A J O R

Aspis

Euphranta turris

Charax

GÆTULORUM PARS

Philænorum aræ

castell. Automala

G A R A M A N T E S

(Oase Maradeh)

Quindecim dierum


38 36 34 32 30


10 8 6 4 2

10 12 14 16 18

Strabo ed. Didot.

XV.





C. Muller del.

H M

H M



